
**v** **Q** post matutinas orationes ad  
somnia reuerti non oporteat.

**vi** **Q** nihil sit a senioribus immu  
tatum de antiquo ordine psal  
mozū cum matutina statue  
retur solennitas.

## Libri III de canonico diurnarum

vij **Q**ui ad diurnam orationem antequam primus finiatur psalmus non occurrat oratorum introitus non liceat in nocturnis autem usque ad finem secundi psalmi veniabilis mora sit.

vij **V**igilie quae a vespera illucescunt sabbato celebrantur. quae tamen modum teneant vel quo ordine celebrentur.

ix **Q**uare illa sabbato die sabbati vigilie statuta sunt. et quare per omnem orientem absolutio ieiunij in die sabbato presumatur.

x **Q**uod factum sit ut in urbe die sabbato ieiunetur.

xi **I**n quo dominice diei solennitas aliorum dierum consuetudine dinersa teneatur.

xij **Q**uibus diebus cum cena fratribus exhiberentur accedentibus ad refectioem psalmus non dicatur sicut fieri in prandijs solet.

**E**xplacunt capitula.

**I**ncipit liber tertius de canonico diurnarum orationum et psalmorum modo. **C**ap. primum.

### De nocturnis

**N**o orationum et psalmorum modum qui in aegypto habeatur. et de nocturnis orationibus et psalmis in genij nostri pre-

ualuit arbitror expeditum. nunc de solennitate tertie sexte noneque secundum regulam monasteriorum palestine vel mesopotamie nobis est differendum. ut prefati sumus in prologo perfectione egyptiorum. et imitabilem discipline rigorem horum institutis moderantes.

**A**pagud egyptios sine horarum discretione per totam diem cum operis adiectione et orationibus iugiter insistatur et psalmis. **C**. ij.

**A**ud illos etenim haec officia quae domino solvere per distinctiones horarum et temporum intervalla cum ammonitione compulsores adigunt. per totum

tum diei spacium ingit cum operis adiectione spontanee celebrant. Ita namque ab eis incessant operatio manuum privati per cellulas exercetur. ut psalmorum quae vel ceterarum scripturarum meditatio nunquam penitus omittatur. Cui preces et orationes per singula momenta miscetes. in his officiis quae nos statuto tempore celebramus totum diei tempus assumunt. **V**obrem exceptis vesperinis horis ac nocturnis congregationibus nulla apud eos per diem publica solennitas absque die sabbati vel dominica celebratur. in quibus hora tertia sacrae communionis obtentu conveniunt. **P**lus est id quod incessanter offertur. quae quod per temporum intervalla per soluit. et gratius voluntarium munus quam functiones quae canonica compulsionem redduntur. per hoc quae david gloriosus aliquid exultante cum dicit. **V**oluntarie sacrificabo tibi. et voluntaria oris mei beneplacita sint tibi domine.

**Q**uod per omnem orientem solennitas tertie sexte vel none trinitatis in psalmis et orationibus finiatur. et cur specialius istis horis haec spiritualia sint officia deputanda. **C**ap. iij.

**I**taque in palestine vel mesopotamie monasterijs ac totius orientis supradictarum horarum solennitates trinitatis psalmis quotidie finiuntur. ut et orationum assiduitas statutis temporibus deo offeratur. et necessaria operationis officia consummasque iusto moderamine spiritualibus obsequijs nullatenus valeant impediri. **H**is enim tribus temporibus etiam davidem prophetam quod die fenestris apertis in cuniculo peccatis domino fuisse cognoscimus. **N**ec immerito haec specialia tempora religiosi sunt officijs deputata. **I**n his siquidem permissionum perfectio. et summa nostre salutis est adimplenda. **H**ora namque tertia repromissus olim per prophetas spiritus sanctus super apostolos in orationum officio constitutos descendisse promittit comprobatur. **Q**uam cum per locutione linguarum quae ab eis infusione spiritus sancti proflebat. gens incredula in deorum

## orationū et psalmozū modo

obstupescēs parit' z irridens diceret eos multo repletos. s'cās petrus in medio eorum ait. **U**iri israelite z qui habitatis hierlm vniversi. s' vobis notū sit. z aurbus p'cipite v'ba mea. **N**on enī sic vos existimatis hi ebrj sunt. cu' sit hora diei tertia. s' hoc est quod dictū est p' pphetaz iohel. **E**t erit in nouissimis diebus dicit dñs. effundam de spū meo sup oēm carnem. z pphetabunt filij vestri z filie v're. z iuvenes vestri visiones videbunt. z senes vestri somnia somnabūt. **E**t q'dem sup seruos meos z super ancillas meas in dieb' illis effundam de spū meo et pphetabunt. **Q**u' coia hora tertia videm' impleta. sanctiq' spūs vaticinatū per pphetas aduentū eodem tpe super aplos cōmeasse. **H**ora autē sexta immaculata hostia dñs noster atq' saluator oblatu' est patri. crucemq' p totius mundi salute cōscendens. humani generis peccata diluit. z expoliāns pncipat' ac ptātes traduxit palam. vniūsolq' nos obnoxios atq' constrictos insolubil' cyrog'pbi debito liberauit. tollens illud de medio z crucis sue affigens trophæo. **E**adem q'z petro hora in excessu mentis vocatio gentiū omniū p submissionē vasis euangelici delati celsitus. z purificatio omnigenum animantiu' in eodem p'sistentium. delata ad eum voce diuinitus reuelatur. dicente ei. **S**urge petre. occide z māduca. **Q**uod vas quattuor initijs de celo summissum. nō aliud q'z euangelium designare manifeste cognoscit. **L**icet enim quadriformi euangelistaz narratione distinctū q'ttuor videat' habere pncipia. vnum tñ euangelij corpus est. eiusdē scz christi natiuitatē parit' ac tētatēz miracula q'z passionēq' cōplectēs. **D**ulchre autē nō ait linteum. sed q'si linteum. **L**inteū quippe mortificationis indicium est. **Q**m' igit' mors dñice passiois nō hūane nature lege. s'z pprie volūtatē subit' arbitrio. q'si linteum dī. **M**ortu' enī fm carnē nō est fm spūm mortu'. qz nec derelicta est oīa ei' in inferno. nec ca-

ro eius vidit corruptionem. **E**t rursus. **N**emo inq't tollit a me aiām meam. sed ego pono eā a me ipso. **P**otestātē habeo ponere eā. z ptātem itez h'eo sumere eā. **I**n h'itaq' euangelioz vase celsit' desti'nato. i. a spūsancto p'scripto. oēs gētes q' quondam ex legis obseruantia posite habebant' immūde. p credulitatem fidei p'stuentes. vt ab ydolo'z cultu salubrit' imolent'. atq' ad salutarē escam p'ficiāt'. petro purificāte voce dñica deferuntur. **H**ora hō nona inferna penetrās. i. ex terribiles tartari tenebras choruscatione sui splendoris extinxit. portāq' eius ereas effringens. ac seras ferreas cōterens. captiuitatem sanctorū quē clausa tenebris immitis tenebat' inferni. salubriter captam secū trāsuexit ad cēlos. igneaq' romplexa summotā antiquū incolā paradiso pia confessione restituit. **E**adem q'z hora cornelius centurio in p'cib' solita deuotione p'sistens. cōmemorationēz orationū z elemosinarū suarū ante dominum factā angelo sibi colloquēte cognoscit. palāq' ei hora nona vocatiōis gentium sacramēta pandunt'. quē **P**etro in excessu mentis hora sexta fuerat reuelata. **A**lio q'z loco de eodem tempore actibus ap'lorum ita narratur. **P**etrus autē z iohannes ascendebant in tēplu'z ad horam orationis nonam. **Q**uib' liq' to comp'bat' nō immerito a sanctis z apostolic' viris has horas religiosis obsequijs p'secratas. a nob' q'z obseruari similiter oportere. qui nisi velut lege quadam solueret' h'c pietatis officia saltem statutis temporib' adigamur. totū diē spacium oblivione aut desidā vel occupationibus inoluti. absq' orationis interpellatione consumimus. **D**e vespertinis autē sacrificijs quid dicendū est. q' iugiter offerri etiam in veteri testamento lege mosayca sanciantur. **H**olocau' sta enim matutina z sacrificia vespertina cunctis diebus in templo licet figurabilib' hostijs etiā ex eo pbare possum'. ide sinenter oblata. quod a dauid canitur.



## Liber III de canonico diurnarum

Dirigatur oratio mea sicut incensuz in conspectu tuo. eleuatio manuum mearuz sacrificiū vespertinū. Quo in loco de illo q̄s vero sacrificio vespertino sacrati? intelligi potest. quod vel vespere a domi no saluatore cenantibz aplis tradit. cū initariet ecclesie sacrosācta mysteria. v̄l q̄ ip̄e die postero sacrificiū vespertinum in fine sc̄z seculoz eleuatione manuum suaz p̄ salute totius mundi oblatu est patri. Que extensio manuum eius in patibulo. satis pp̄ue eleuatio nūcupat. Omnes enī nos in inferno iacentes eleuauit ad celos. fm̄ p̄missionis eius sententiaz dicentis. Cū exaltatus fuero a terra. oia traham ad meip̄m. De matutina ho solennitate etiā illud nos instruit qd̄ in ipsa quotidie docantari solet. Deus deus meus ad te de luce vigilo. et In matutinis meditaor in te. et Preueni in matutinitate et clamauī. Et rursum. Preueniunt oculi mei ad te diluculo. vt meditarer eloq̄a tua. In his q̄s horis etiā ille euāgelic⁹ paterfamilias oparios cōduxit in vineam suā. Ita enī et ille p̄mo mane condusse describit. quod temp⁹ designat matutinā nostram solennitatem. deinde tertiā. inde sexta. post hec nona. ad extremū v̄ndecima. in qua lucerna ris hora signatur.

**Q**uod matutina solennitas nō antiqua traditione statuta sit. sed nostro tempore p̄ causa sit adiuuenta. *Lap. iiii.*

Sciendū tamen hāc matutinaz que nunc obseruat in occidentis vel maxime regionibus canonicam functionē nostro tempore in nostro q̄s monasterio p̄mitis institutā. vbi domin⁹ noster iesus christus natus ex Agne humane infantie suscipe incrementa dignatus. nostram q̄s ad huc in religioe teneram et lactentem infantiam sua gratia confirmauit. Usq̄ ad illud enī t̄pus hac solennitate matutina. que expletur nocturnis psalmis et orationibz post modicum temp⁹ interuallum solet in gallie

monasterijs celebrari. cum quotidianis vigilijs parit cōsummata. reliquas horas refectioni corporū deputatas a maioribz nostris inuenimus. Vex cum hac abutentes indulgentia. negligentiores quiq̄ indutias somni longius p̄telaret. qui p̄pe quos vel cellas p̄gredi v̄l de suis stratis consurgere ante horā tertiam nulla cōuentus v̄lius necessitas inuitaret. et cū operationis iactura tempore q̄s dici quo nonnullis oportebat officijs inherere. soporis nimietate torperet. in his presertim diebz quibz a vespertinis horis excubias vsq̄ ad aurore viciniam celebrantibus nascebat onerosior lassitudo. quorūdam illic fratrum fermentum spiritui quibz hoc negligentie genus haud leuiter displiceret. ad seniores querela delata. decretum est ab eis diutino tractatu et cōsultatione sollicita. vt vsq̄ ad solis ortum quo iam sine offensione vel lectio parari. vel opus manuum posset assumi. fessis corporibz refectione p̄cessa. inuitati post hec religionis huius obseruantia cūcti p̄ter e suis stratis consurgeret. ac tribz psalmis et orationibz celebratis. fm̄ modū qui antiquitus in obseruatione tertie sexte vel none trine confessionis exemplo statutus est. et somno deiceps finem. et inuicium operationi equali simul moderamine facerent. Qui typus licet ex occasione videat inuentus. et recēti memoria p̄ causa quā diximus statut⁹ appareat. tamē illū numeruz que designat beat⁹ dauid quāq̄ spiritales q̄s habeat intellectum. fm̄ litteram manifestissime supplet. Septies in die laudem dixi tibi sup iudicia iusticie tue. Hac ei adiecta solennitate. septies sine dubio spiritales hos conuentus in die facientes. septies in ea laudes dño dicere comprobamur. Deniq̄ cum hic idem typus de oriente p̄cedens hucusq̄ fuerit vtilissime p̄pagatus. in nonnullis nunc vsq̄ p̄ orientem antiquissimis monasterijs que nequaquā vetustissimas regulas patrū violari patiuntur minime videtur admissus.

## orationum et psalmorum modo

**¶** Post matutinas orationes ad somnum reuerti non oporteat

**¶** Quis solennitatis **Cap. v.**  
**C** ratio cur statuta sit vel inueta in hac puincia nonnulli ignorantes explet matutinalibus hymnis iterum reuertunt ad somnum in illam causam nihilominus incidentes ob quod conspiciendam hanc a senioribus nostris solennitas instituta est. Illa namque hora eam consummare festinant qua negligentioribus minusque sollicitis rursus dormiendi reddatur occasio. Quod omnimodis fieri non oportet sicut in libello superiori describentes egyptiorum synaxim plenius exposuimus ne purificationem nostram confessione supplicii et antelucanis orationibus acquiritam vel emergens quedam redundancia humorum naturalium polluat vel illusio corruptat inimici vel certe intercedens etiam puri ac simplicis somni resectio interumpat spiritus nostri feruorem ac tepesfactos somni torpore per totum diei spacium merites deinceps ignauosque traducat. Quod egyptij ne incurrant equidem cuius soleant certis temporibus etiam ante galloz cantum consurgere missa canonica celebrata usque ad lucem post hec vigilias extendunt ut eos superueniens lux matutina in hoc feruore spiritus repleat constitutos ac per totum diei tempus feruentiores sollicitioresque custodiat preparatos eos suscipiens ad officium et contra diuinam diaboli colluctationem nocturnarum exercitio vigiliarum ac spirituali meditatione firmatos.

**¶** Nihil sit a senioribus immutatum de antiquo ordine psalmorum cum matutina statuere solennitas. **Cap. vi.**

**I**llud quod nosse debemus nichil a senioribus nostris qui hanc eandem matutinam solennitatem addi debere censuerunt de antiqua psalmorum consuetudine immutatum. sed eodem ordine missam quo prius in nocturnis prout perpetuo celebrata. Etenim hymnos quos in hac regione ad matutinas

excipere solennitate in fine nocturnarum vigiliarum quas post galloz cantum ante aurora finire solent similiter hodieque decantant id est centesimum quadragessimum octauum psalmum cuius initium est. Laudate dominum de celis et reliquos qui sequuntur quinquagesimum vero psalmum et sexagesimum secundum et octogesimum nonum huic nouelle solennitati nonimus fuisse deputatos. Denique per italia hodieque consummatas matutinalibus hymnis quinquagesimus psalmus in vniuersis ecclesiis canitur quod non aliunde quam exinde tractum esse non dubito.

**¶** Qui ad diurnam orationem antequam primus finiatur psalmus non occurrerit oratorum introire non liceat in nocturnis aut usque ad finem secundi psalmi venabilis mora sit. **Cap. vii.**

**S** vero qui in tertia sexta vel nona psalmus ceptus finiatur ad orationem non occurrerit vel terius oratorum introire non audeat nec semetipsum admiscere psallentibus sed congregationis missam stans per foribus psallat donec egredientibus cunctis submissa in terram penitentia negligentie sue vel tarditatis impetret veniam. scilicet nequaquam se posse desidia sue noxam aliter expiare sed ne in ea quidem que post tres horas erit secutura solennitas admittendum nisi per negligentiam penitentiam confessionem humilitate subnixius satisfacere festinauerit. In nocturnis vero conuenticulis usque ad secundum psalmum preter tardam dilationem dumtaxat ut antequam finito eodem psalmo fratres in oratione percumbant semetipsum congregationi inserere atque admiscere festinet eidez perculdubio increpationi ac penitentia quam prediximus subiiciendus si ultra prescriptam dilationis horam vel modicum tardauerit.

**¶** Vigilie que a vespa illu cescete sabbato celebrantur quez temporis modum teneat vel quo ordine celebrentur. **Cap. viii.**

B

## Libri .III. de canonico diurnarum

**H**anc vigiliam que singulis hebdomadibus a vespera illuscente sabbato celebrantur idcirco seniores hyemali tempe quo noctes sunt longiores vsq; ad quartu gallozu cantu p monasteria moderant. vt post excubias totius noctis reliquis duabus ferme horis reficietes corpora sua nequaquam p totum diei spaciū somni torpore marcescant requie breuis huius temporis p totius noctis refectione contenti. Quod nos qz cum omni obseruatione custodire cōuenit vt se contenti somno qui nobis post vigiliaru missam vsq; ad lucis indulgetur aduētum id est vsq; ad matutinos psalmos totū deinceps diem in opere ac necessarijs ducamus officijs ne somnū quem nocti subtraximus relumere p diem vigiliarū lassitudine et inanitate compulsi non tam requiem corpori subtraxisse quā quietis tēpus et refectionem nocturnam cōmutasse videamur. Nullatenus enim potest fragil' caro ita totius noctis quiete fraudari vt per cōsequentē diem sine dormitatione mētis animiq; torpore inconcussam possit suare vigiliā. Que impediatur ex hoc potius qm iuuabitur nisi post vigiliarum missam somni quantulumcūq; gustauerit. Et idcirco saltim vnius horę sopor quem admodum diximus ante lucis aduētū si fuerit impartitus lucrabimur omnes vigiliarum horas quas tota nocte in oratione consumpsimus impartientes nature quod suum est nec habentes necessitatem resumēdi p diem quod nocti subtraximus. Totum enim carni huic pculdubio reddet. quisquis ei nō rationabiliter partem subtrahere sed totum temptauerit denegare. et vt ven' dixerit nō in superflua sed necessaria voluerit amputare. Propter quod maiore fenore necesse est vigiliam cōpensari si fuerit vsq; ad lucem inconsiderata atq; irrationali nimietate ptracte. Ideoq; eas trigintis distinguūt officijs vt labor hac diuersitate diuinus delectatione quadam

refectionem corporis releuet. Nam cum stantes antiphona tria cōcinnuerint. huius post hec vel sedilibus humillimis insidentes tres psalmos vno modulante respondent. qui tamen singuli a singulis fratribus vicissim succedētib; sibi pbeantur atq; his sub eadem quiete resicientibus ternas adiungunt lectiones. Ita qz fit vt corporeum minuentes labore vigiliam linas maiore intentione mentis exerceant.

**Quare illuscente die sabbati vigilię statute sint et quare p omnem orientem absolutio ieiunij in die sabbato presumatur. L. ix.**

**Q**uas a tempore predicationis apostolice quo religio ac fides christiana fundata est per vniuersum orientem. idcirco statutum est illucescente sabbato deare celebrari qd domino et saluatore nostro sexta sabbati crucifixo discipuli adhuc receti eius passione percussi peruigiles tota nocte manserunt nullatenus quietis somnum oculis suis indulgetes. Quobrem ex illo tempore huic nocti deputata vigiliarum solennitas vsq; in hodiernum diem per vniuersum orientem similiter obseruatur. Ideoq; et absolutio ieiunij post vigiliarum laborem totidem apostolicis viris in die sabbati statuta nō immerito presumitur p vniuersas orientis ecclesias. fm illam quoq; ecclesiastes sententiā. quę licet habeat et alium mysticū sensum tamē ab hoc quoq; non abhorret. quo vtriq; diei. i. hebdomadi parit' et octo ad eandem partem solennitatis impartire precipimur ita dicentis. Da partem his septem. et quidem his octo. Non enim ad cōmunionem festiuitatis iudaice absolutio ista ieiunij reputanda est. his presertim qui omni iudaica superstitione alieni monstrantur sed ad refectionem quā diximus lassu corporis pterire quod per totas anni septimanas iugiter quinis diebus ieiunans. nisi duobus saltem interpositis refocillatū fuerit. facile lassificat

## orationum et psalmorum modo

ac deficit.

**¶** An factus sit ut in vrbe die sab-  
bato ieiunetur **Cap. x.**

**Q**uius moderaminis causam  
nonnulli in quibusdam occi-  
dentalibus ciuitatibus igno-  
rantes. et maxime in vrbe. idcirco putat  
absolutionem sabbati minime debere  
sumi. quod apostolum Petrum in eodem  
die contra symonem conflictatum asse-  
runt ieiunasse. Ex quo magis apparet  
eum non consuetudine canonica fecisse.  
sed presentis potius necessitate conflictus.  
Siquidem et ibi per hac eadem rem ge-  
nerale sed speciale videtur petrus discipu-  
lis suis ieiunium indixisse. Quod utique  
non fecisset si scisset illud canonica consue-  
tudine solere seruari. idem proculdu-  
bio etiam dominico die paratus indicere. si  
certaminis ipsius in eum compegisset oc-  
casio. nec tamen ex hoc statim canonica  
fuisse ieiunij regula promulganda. quod  
non generalis observatio statuerat. sed  
ut semel fieret ratio necessitatis extorserat.

**¶** In quo dominice diei solenni-  
tas ab aliorum dierum consue-  
tudine diuersa teneatur. **Cap. xi.**

**U**trum ne hoc quidem ignoran-  
dum. die dominico vnam tantum  
modo missam ante prandium  
celebrari. in qua psalmorum atque oratio-  
num seu lectionum per ipsius collecte vel com-  
munionis dominice reuerentia solennius  
aliquid ac propensius impendentes. in ip-  
sa tertiam sextamque pariter consumma-  
tam reputant. Itaque sit ut de orationum  
obsequijs nihil imminuat adiectione scilicet  
lectionum. et nihilominus differentia qua-  
dam vel remissio videatur fratribus in-  
dulgeri. pro reuerentia dominice resurrectionis  
pre cetero tempore. que et totius septi-  
mane videatur obseruantiam relaxare. et  
pro hac ipsa que intermiscet quadaam dif-  
ferentia eundem diem velut festiui pro-  
uocet rursus solenni expectari. minusque

faciat hebdomadis ventura ieiunia hu-  
ius expectatione sentiri. Semper enim  
equanimius que libet fatigatio sustinetur.  
et sine fastidio labor impenditur. si inter-  
iecta ei vicissitudo quedam vel operi im-  
mutatio qualiscumque succedat.

**¶** Quibus diebus cum cena fra-  
tribus exhibetur. accedentibus  
ad refectorem psalmus non di-  
catur sicut fieri in pradijs solet.

**Cap. xij.**

**Q**uique etiam in ipsis diebus. id  
est sabbato vel dominica seu fe-  
riatis temporibus quibus pari-  
ter prandium et cena solet fratribus exhi-  
beri. psalmus ad vesperam non dicitur.  
id est nec cum accedunt ad cenam. nec cum  
ab ea consurgunt. ut solet fieri in solenni-  
bus prandijs. vel canonica ieiuniorum re-  
fectione. quam et precedere consuetudi-  
narij psalmi solent et subsequi. sed tantum  
modo simplici oratione facta accedunt  
ad cenam. eamque rursus consurgentes  
ab ipsa sola oratione concludunt. quod  
scilicet extraordinaria sit inter monachos  
ista refectio. nec omnes ad eam conueni-  
re cogantur. nisi aut peregrini qui sa-  
peruerit fratres. aut hi quos infirmitas  
corporis aut propria inuitat voluntas

**¶** Explicit de canonico diurna-  
rum orationum et psalmorum  
modo liber tertius

**¶** Incipiunt capitula libri quar-  
ti de institutis renunciantium.

**Cap. primum**

**¶** Proemium.  
**ij** Qua ratione usque ad vlti-  
mam senectutem apud eos in  
cenobijs perseuerent  
**ij** Quo examine probetur qui in ce-  
nobia suscipiendus est.

## Capitula

- liij Quare quibus in monasterio recipiuntur.
- v Cur hi qui renunciant suscepti in monasterijs propria vestimenta deponant. et ab abbate alijs induantur.
- vi Qua causa vestimenta renunciantium cum quibus ingressi sunt monasterium a dispensatore seruentur.
- vij Cur in monasterio suscepti non permittantur statim congregationi fratrum commisceri. sed xenodochio contendantur.
- viii Quibus primitiam institutis iuniores exerceantur ut ad superandas omnes concupiscentias proficiant.
- ix Quare iunioribus imperetur. ut seniori suo nihil de cogitationibus suis subtrahant.
- x Quanta obedientia iunioribus etiam in naturali necessitate tribuatur.
- xi Cuiusmodi cibus apud eos delicatissimus habeatur.
- xij Ad sonitum pulsantis ostium nihil operis non omittant studio celeriter accurrendi.
- xiii De criminosis habeatur si aliquid vel vilissimum quispiam suus dixerit.
- xiiii Quod licet multa pecunia de vniuersi cuiusque opere congeratur. nullus tamen presumat excedere statuta sufficientie paritatem.
- xv De immodico apud nos studio habendi.
- xvi De regulis diuersarum correptionum.
- xvii Quibus autoribus sit inuentum ut reficiendis fratribus sacre lectiones in cenobijs recitentur et quantum apud egyptios prebeatur silentium.
- xviii Quod illicitum sit extra mensam communi munere quicquid cibi potus ve gustare.
- xix Quemadmodum per palestinam et vel mesopotamiam quotidiana fratribus exhibeantur obsequia.
- xx De tribus leuiculis granis ab economo repertis.
- xxi De spontaneo quorundam fratrum ministerio.
- xxii De egyptiorum typo qui est super quotidianis fratrum statutis obsequijs.
- xxiii De obedientia abbatis iohannis per quam usque ad prophetie profectus est gratiam.
- xxiiii De ligno itaque arido quod idem abbas iohannes ad arbitrium senioris sui quasi ad dolendum negare non destitit.
- xxv De proiecto ab abbate iohanne vase unico olei ad senioris imperium.
- xxvi Quemadmodum abbas iohannes suo obedierit seniori ad aduoluendum saxum quod ne a multis quidem possibile erat moueri.
- xxvii De humilitate et obedientia abbatis mucij quam in proijciendo in flumini parvulo filio ex precepto senioris non desitavit implere.
- xxviii Quemadmodum reuelatum sit abbati de patre mucio opus eius abiate fecisse. et post defuncto eodem abbati idem pater mucius in monasterij administratione successerit.
- xxix De obedientia fratris qui decem sportas circumferens publice distrahit ad abbatis imperium.
- xxx De abbatis pynufij humilitate qui relicto cenobio celeberrimo cui presbiter pererat longinquum monasterium in quo velut in ca-

- piens suscipere desiderio subiectionis expetit.
- xxx Quomodo abbas pynus / sius reductus in monasterium / suum modico tempore commo- / ratus iterum fugerit in partes / syrie.
- xxxij Que precepta dedit ides abbas / pynus fratri quez in suo mo- / nasterio sub nostra recipiebat / presentia.
- xxxij Quomodo magna remuneratio mo- / nacho debetur scdm institutio- / nem patrum laboranti ita et pe- / na similiter tribuatur et idcir- / co no debeat quis facile admit- / ti in monasterio
- xxxij Quomodo abrenunciatio nostra nihil sit / aliud qm mortificatio et imago / crucifixi.
- xxxv Quomodo crux nostra timor domini sit.
- xxxvi Quomodo renunciatio nostra nihil pro- / sit si isde quibus renunciamus / implicemur.
- xxxviij Quomodo diabolus nostro fini semper / insidietur et nos eius caput in- / giter obfernare debeamus
- xxxviij De renunciantis preparatione / aduersum temptationes et de / paucis imitandis.
- xxxix Quo ordine quis ad perfectioez / valeat peruenire per quam de / timore dei ad charitatem conse- / quenter ascendat
- xl Quomodo non debeat monachus exem- / pla perfectionis a multis expe- / tere sed ab vno vel a paucis
- xli Quomodo quorum debilitatum similitu- / dines suscipere debeat qui in ce- / nobio comoratur
- xliij Quomodo bonum patientie sue no debe- / at monachus de aliorum spe- / rare virtute sed de sua longani- / mitate
- xliij Recapitulatio expositionis per- / quam monachus ad perfectio-

nem possit ascendere

Explicunt capitula

Incipit liber quartus de insti- / tutis renunciantium.

Capitulum primum

**D**e ca- / nonico mo- / nasterio / psalmo- / rum atqz ora- / tionum q- / debeat in / diurnis / uentibus / monasteria / custodiri ad institutionem eius q- renun- / ciat huic mundo narrationis nos ordi- / ne prouocante transimus conditiones / in primis quibus hi qui ad dominum con- / uerti cupiant recipiantur in cenobijs / breui quantum possumus studentes ser- / mone complecti quedam scilicet de egi- / ptiorum quedam de tabenensiotarum / regulis admiscentes quorum i thebay / de e cenobium quanto numero populo / suis cunctis tanto conuersationis rigo- / re districtius. Siquidem in eo plusqz / quicqz milia fratrum sub vno abbate re- / guntur tantaqz sit obedientia hic tam / prolixus monachorum numerus omni- / euo seniori suo subditus quanta no po- / test apud nos vnus vni vel obedire per / modico tempore vel preesse.

Quaratione vsqz ad vltimam / senectute apud eos in cenobijs / perseuerent. Cap. ij.

**Q**uorum tam longa perseuerā- / tia et humilitas atqz subiectio / quemadmodum tam diutur- / na perduret quare institutione formet- / per quam vsqz ad incuruam senectā in-

cenobio perseverent. opinor nos an omnia debere perstringere. Tanta namque est. quanta nemine in monasterijs nostris ingressum ne anno quod integro tenuisse meminimus. ut cum renunciationis eorum primordia viderimus. consequens fuisse intelligamus. ut ita sublimia perfectionis fastigia talium virorum fundamenta conlugerent.

**Quo examine probetur qui in cenobio suscipiendus est.**

**Cap. iij.**

**A**bitur ambiens quis intra cenobij recipi disciplinam. non ante proorsus admittitur. quam diebus decem vel eo amplius pro foribus excubans. indicium perseverantie ac desiderij sui pariterque humilitatis ac patientie demonstraverit. Cumque omnium pretereuntium fratrum genibus prouolutus. et ab universis de industria refutatus. atque despectus. tanquam qui non religionis sed necessitatis obtentu monasterium optet intrare. iniurijs quoque et exprobrationibus multis affectus. experimentum dederit constantie sue. qualisque futurus sit in temptacionibus opprobiorum tolerantia declaraverit. atque ita fuerit explorato mentis ardore susceptus. diligentia summa perquiratur ne de pristinis facultatibus suis inheferit ei. vel unius nunci mi contagio. Sciunt enim eum sub monasterij disciplina diuturnum esse non posse. sed ne humilitatis quidem aut obedientie apprehensurum esse virtutes. nec vlla cenobij paupertate ac districtione contentum fore. si in conscientia eius pecunie quantumcumque latitauerit. sed ubi primum exorta fuerit qualibet occasione commotio. fiducia stipis illius anuntium continuo de monasterio velut fundamante fugituum.

**Quare qui in monasterio recipiantur.**

**Cap. iij.**

**Q**uidcirco ne vltibus quidem cenobij profuturas suscipere ab eo pecunias acquiescunt. Primum ne confidentia huius oblationis inflatus. nequaquam se pauperioribus fratribus coequare dignetur. tum ne per hanc elationem nullatenus ad humilitatem christi descendens. cum in disciplina cenobij non possit perdurare. egressusque exinde ea que in principio renunciationis sue spiritali fervore succensus intulerat. reperfactus postea non sine iniuria monasterij sacrilego spiritu recipere atque exigere molitur. Quod omnimodis observari debere. multis sunt experimentis frequenter edocti. Nam per alia minus cauta monasteria simpliciter quidam suscepti. de eis qui intulerant. quos in dei opere fuerant dispensata. cum in generali post blasphemiam redibitionem poscere temptauerunt.

**Urbani qui renunciant suscepti in monasterijs propria vestimenta deponant. et ab abbate alijs induantur.**

**Capitulum v.**

**Q**uamobrem ita nudatur quisque cum receptus fuerit omni pristina facultate. ut ne ipsum quidem quo operatus est indumentum habere permittatur ulterius. sed in concilio fratrum productus in medietate exuatur proprijs. ac per manus abbatis induatur monasterij vestimentis. ut per hoc se non solum universis rebus suis antiquis nouerit spoliatum. verumetiam omni fastu deposito mundiali. ad christi paupertatem et inopiam descendisse. iamque opibus sustentandum non seculi arte questis. nec de infidelitate pristina reservatis. sed de sanctis ac pijs monasterij largitionibus militie sue stipendia percepturum. atque inde se deinceps vestiendum alendumque cognoscens. et nihil habere et nihilominus de crastino non esse sollicitum. secundum evangelij discat sententiam. nec erubescat pau-

## De institutis renunciantium

penib; id est corpori fraternitatē equari. quibus connumerari christus et quorū se fratrem nō erubuit nūcupare. qn̄ potē gloriē domesticis eius factū se eē p̄sortē.

**Qua causa vestimenta renunciantium cum quibus ingressi sunt monasteriū a dispensato reseruentur.** **Cap. vi.**

**A**lla vero que deposita vestimenta economo consignata tam diu reseruantur. donec profectus et conuersationis eius ac tolerantie virtutem diuersis temptationibus ac probationibus euidenter agnoscat. Et si quidem posse eum inibi p̄durare tempore p̄cedēte perspexerint. et eodem quo cepit seruoze p̄sistere indigentibus eadem largiuntur. Sin vero quoddam ex eo murmurationis vitium. vel parne cuiuslibet inobediētie culpā p̄cessisse deprehenderit. exuētes eū mōasterij q̄b; indutus fuerat vestimētū. et antiq̄s reuestitū vestimētū q̄ fuerat sequestrata depellit. Nullū etenim fas est cum illis que accepit abscedere. nec queq̄ patiuntur illis adhuc indui. quem semel ab institutiōis sue regula tepuisse periderint. Unde etiam copia nulli penitus palam discedendi p̄cedit. nisi aut in mozem serui fugacis captans densissimas tenebras nocte diffugiat. aut certe hoc ordine et professione iudicatus indignus. cum confusione et nota coram cunctis fratribus deposita vestimenta monasterij expellatur.

**Cur in monasterio suscepti nō pmittatur statim congregationi fratru commisceri. s; xenodochio ante tradantur.** **Cap. vii.**

**Q**uam igitur quis susceptus et hac perseverantia quam diximus comprobatus ac depositis propriis vestimentis habitu monasteriali fuerit accinctus. non statim congregationi fratru commisceri permittitur. sed deputatur seniori qui seorsus haud longe a vestibulo monasterij permanens. habet curam peregrinorum et aduenien-

tium deputata in eisq; omnem diligentiam susceptionis et humanitatis impedit. Cuius ibidem integro anno deseruiens absq; vlla querela suum circa peregrinos exhibuerit famulatum. imbutus per hoc prima institutiōe humilitatis ac patientie atq; in ea longa exercitatiōe p̄cognitus admiscendus ex hoc cōgregationi fratrum. alij traditur seniori q̄ decem iuniorib; p̄ceat. quos sibi creditos ab abbate instituit pariter et gubernat. scdm̄ illud scz quod ordinatū in exodo legimus p̄ moysen.

**Quibus primum institutis iuniores exerceantur. vt ad supradictas oēs concupias p̄ficiat.** **Cap. viii.**

**Q**uis hec erit sollicitudo et eruditio principalis. per quam iunior introductus ascendere cōsequenter etiā culmina perfectiōis summa p̄ualeat. vt doceat eum primitus suas vincere voluntates. quem studiose in his ac diligenter exercens. hec illi semper imperare de industria curabit. que senserit animo eius esse contraria. Nullis siquidem experimentis edocti. edunt monachum et maxime iuniores ne voluptatem quidem concupiscentie suę frenare posse. nisi prius mortificare per obedientiam suas didicerit voluntates. Ideoq; pronunciant nullatenus p̄ualere vel iram vel tristitiam vel spiritū fornicationis extinguere. sed nec humilitatem cordis veram. nec cum fratrib; unitatem perpetuam. nec firmā diuturnāq; posse retinere concordiam. sed nec i cenobio quide; diutius perdurare eum. qui prius voluntates suas nō didicerit superare.

**Quare iunioribus imperetur vt seniori suo nihil de cogitationibus suis subtrahant.** **Cap. ix.**

**N**is igitur institutis eos quos inuoluntate velut elemētis quibusdam ac sillabis imbuere ad perfectionem atq; informare festinant. per hec ad liquidum discernentes. vtrum ficta et imaginaria an vera sint humilita-



te fundati. Ad quod vt facile valeant p  
uenire consequenter instituuntur nullas  
penitus cogitationes prurientes in cor  
de perniciose confusione celare sed con  
fessim vt exorte fuerint eas suo pateface  
re seniori. nec super earum iudicio qd qd  
sue discretioni committere sed illud cre  
dere malum esse vel bonu quod discusse  
rit ac pronunciauerit senioris examen.  
Itaqz sit vt in nullo circū enire inuenē  
callidus inimicus velut in expertū igna  
rumqz preualeat. nec vlla fraude decipe  
quē puidet non sua s; seniori discretioe  
muniri. z suggestiones suas velut igni  
ta iacula quęcunqz in cor eius iniecerit.  
vt seniore m celet non posse suaderi. Ali  
ter quippe subtilissimus diabolus illu  
dere vel deicere iuniorē nō poterit. ni  
si cum eum seu per arrogantia sine p  
recundiam ad cogitationum suarū ve  
lumen illexerit. Generale nāqz z euidēs  
iudicium diabolice cogitationis esse pro  
nunciant. si eam seniori confundamur  
aperire.

**Quanta obedientia iuniorb?  
etiam in naturali necessitate tri  
buatur. Cap. x.**

**O**st hęc tanta obtemperantia obe  
dientie regula custoditur. vt iu  
niores absqz prepositi sui scien  
tia vel pmissa non solum non audeant  
cellam pgradi. sed ne ipsi quidem comu  
ni ac naturali necessitati satisfacere sua  
auctoritate presumant. Sicqz vniuersa  
complete quęcunqz fuerint ab eo prece  
pta. tanqz si a deo sint celitus edita sine  
vlla discussione festinant. vt non unūqz  
etiam impossibilia sibi met impata ea fi  
de ac deuotione suscipiant. vt tota vtu  
te ac sine vlla cordis hesitatione perfice  
re ea. aut consummare nitant. z nec i pos  
sibilitatē quidez precepti pro seniori sui  
reuerentia metiantur. De quorū obediē  
tia speciatim nūc dicere premitto. Ex  
emplis enim eam ipis paulo post trade  
re suo loco disponim. si dñs nobis ora  
tionibus vestris dederit cōmeatū. Nūc

instituta cetera prosequamur. pfermittē  
tes illa contexere que in hac regione vel  
tradi monasterijs v; ab ipis nequeūt cu  
stodiri. sicut in prefaciuncula nostra fa  
cturos nos esse promissimus. quod scili  
cet nec laneis indumentis vtantur sed li  
neis tantū. z ne ipis quidez duplicibus  
quibus vicaria prepositus vnusquisqz  
sue decanie subministrat cum illa quibz  
vestiti sunt forduisse conspexerit

**Quismodi cibis apdeos de  
licatissimus habeatur. Cap. xi.**

**I**llud quoqz arduum atqz sub  
lime genus continentie similitē  
premittētes. in qua summere  
putant delitē si herba sale condita quā  
lapfaniū vocāt aqua diluta ad refectio  
nem fratribz apponatur. aliaqz complu  
ra his similia que in hac provincia nec  
aerū temperies. nec qualitas nostre fra  
gilitatis admittit. illa tantum mō profe  
quar quę nulla carnis infirmitas non si  
tus loci poterit impedire. si ea non fragi  
litas anime ac tepor. mentis ademerit.

**Ad sonitum pulsantis ostiū  
nihil operis nō omittat studio  
celeriter accurrendi. Cap. xij.**

**I**taqz psidentes inf cubilia sua  
z operi ac meditationi studij  
pariter impendentes. cum soni  
tum pulsantis ostiū ac diuersorum cellu  
las pcutientis audierint. ad orationem  
eos scz seu ad opus aliquod inuitantis.  
certatim e cubilibus suis vnusquisqz p  
rumpit. ita vt is qui opus scriptoris ex  
ercet. quā reperit fuerit inchoasse litterā  
finire non audeat. sed in eodem puncto  
quo ad aures eius sonitus pulsantē ad  
uenerit. summa velocitate psiliēs. ne tā  
tum quidem more interponat quantum  
cepti apicis consummet effigiem. s; im  
perfectam lineam litterę derelinquens.  
nō tam operis compendia lucra ve secte  
tur. q; obediētie virtutem exequi toto  
studio atqz emulatione festinet. Quam  
non solum operi manū seu lectioni vel  
silentio z quieti celle. veru metiā cunctis

## De institutis renunciantium

virtutibus ita preferunt. ut huic iudicent omnia postponenda. et vniuersa dispensata subire contenti sint. dum modo hoc bonum in nullo violare videantur.

**De criminoso habeatur si aliquid vel vilissimum. quispiam suum dixerit. Cap. xiiij.**

**H**anc sane virtutem inter ceteras eorum institutiones vel commemorare superfluum puto. quod scilicet nulli cassellam. nulli peculiarem sportellam liceat possidere. nec tale aliquid quod velut proprium retinens suo debeatur communitate signaculo. Quos ita nominamus omni ex parte nudos existere. ut preter colobium. mafortem. caligas. melotem. ac psithium. nichil amplius habeant. cum in alijs quibus monasterijs in quibuslibet remissius indulgent. hanc regulam videmus strictissime nunc usque seruari. ut ne verbo quidem audeat quis dicere aliquid suum. magnumque sit crimen ex ore monachi. processisse codicem meum. tabulas meas. grafium meum. tunicam meam. caligas meas. per hoc digna penitentia satisfactorius sit. si casu aliquo per subreptionem vel ignorantiam huiusmodi verbum de ore eius effugerit.

**Quicquid multa pecunia de vni cuiusque opere congeratur. nullum tamen presumat excedere statute sufficientie paritatem. Cap. xiiij.**

**E**cum tantos vnusquisque eorum quotidie de opere ac sudore proprio redditus proferat monasterio. ut ex his sustentare non solum sua valeat paritatem verum etiam vbi bus possit exuberare multorum. in nullo tamen inflatur. nec sibi de tanto operis sui questu ac sudore blanditur. sed preter duo panem quod tribus vix denarijs ibidem distrahuntur. nihil sibi met amplius vnusquisque presumit. Inter quos nullam peculiare opus. quod pudet dicere. quodque in nostris monasterijs vtinam fieri nesciremus. non dicam effectu. sed ne cogitatione quidem ab aliquo peni-

tus affectatur. Cumque totam enthecam cenobij suam credat esse substantiam. cum ceterisque rebus ut omnium dominus omnem curam sollicitudinemque impendat. ad retinendam nihilominus arrepte nuditate virtutem. quam studet ad finem usque perfecte atque inuolabiliter custodire. ita semetipsum a cunctis extraneum et ex omnibus indicat alienum. ut tanquam peregrinus se gerat. et icola istius mundi. alumnusque se potius monasterij reputet ac ministrum quam dominum cuiuscunque rei presumat.

**De inmodico apud nos studio habendi. Cap. xv.**

**H**ec nos miserabiles quid dicemus. qui in cenobijs commorantes. ac sub abbatis cura et sollicitudine constituti. peculiare circumferimus clauis. omnique professionis nostre verecundia et confusione calcata. etiam anulos quibus recondita presignemus in digitis palam gestare nos non pudet. quibus non solum casselle vel sporte. sed ne arce quidem vel armaria. ad ea que cogitamus vel que egressi de seculo reseruauimus condenda sufficiunt. Quique ita nonnunquam per vilissimis nullisque rebus accedimus. eas dum taxat velut proprias vendicantes. ut si quis vel digito quicquam ex his contrectare presumpserit. tanta contra eum iracundia succipiamus. ut commotione cordis nostri a labijs ac tota quodam corporis indignatione reuocare non possimus. Sed premissis nostris vicijs. et his que nec commemorari quidem dignum est silentio edicere. sim illud eloqui. non loquitur os meum opera bonorum. Virtutes potius quam apud illos sunt. et hoc que nos quod omni studio decemur a propterea. cepto narrationis ordine. persequamur. ipsasque iam regulas ac typos cursim breuiter ponamus. ut peruenientes post hoc ad quodam actus et opera seniorum que studiose memorie mandare disponimus. hoc que nostra expositione digesta sunt velut testimonijs validissimis roboramus. vniuersa que diximus exemplis eorum potius ac vite auctoritate firmantes.

**De regulis diuersarum corre**

ptionum

Ca. xvi.

**I**quis igitur gillonem fictilem  
quæ bancale nuncupant. aut  
huiusmodi aliud casu aliquo frege-  
rit. aut perdidit aliquid. non aliter negli-  
gentiam suam quam publica diluet peni-  
tentia. cunctisque in synaxi fratribus con-  
gregatis. tamdiu prostratus in terram ve-  
niam postulat. donec orationum con-  
summetur solennitas. impetraturus eam  
cum iussus fuerit abbatis iudicio de so-  
lo surgere. Eodem modo satisfacet quis-  
quis ad opus aliquod accersitus. vel ad  
congregationem solitam tardius occurre-  
rit. aut si decantans psalmum. vel modi-  
cum titubauerit. Similiter si superfluo-  
si durius. si contumacius responderit. si  
negligentius obsequia iniuncta comple-  
uerit. si vel leuiter murmurauerit. si lectio-  
nem operi vel obedientie preferens offi-  
cia statuta segnius fuerit executus. si di-  
missa synaxi non concitus ad cellam re-  
currere festinauerit. si cum aliquo vel ad  
modicum subsiderit. vel si ad punctum te-  
poris usquam secesserit. si alterius tenuerit  
manum. si cum illo qui cellule sue co-  
habitator non est confabulari quantum  
lumenque presumpserit. si orauerit cum il-  
lo qui est ab oratione suspensus. si par-  
tum quempiam vel amicorum secularium  
viderit. vel collocutus eis sine suo fuerit  
seniore. si epistolam cuiuscumque suscipere  
si scribere sine abbate suo temptauerit.  
**H**ucusque et in huiusmodi ac similibus  
admissis. procedit animaduersio spiritalis.  
**R**esidua vero que apud nos indifferen-  
ter admittuntur a nobis quoque reprehensibi-  
lius sustinentur. id est apta conuicia. mani-  
festi contemptus. contradictiones tumi-  
de. libera et effrenata processio. familiari-  
tas apud feminas. irerix simulatæ et  
iurgia. operis peculiaris presumptio. phi-  
laryrie contagio. affectus atque possessio  
rerum superfluarum que a ceteris fratribus  
non habentur. extraordinaria ac fortuita  
cibi resectio. et his similia. non illa increpa-  
tione quam diximus spiritali. sed vel pla-

gis emendant. vel expulsionem purgant.

**Quibus autoribus sit inuentum  
ut reficietibus fratribus sacre  
lectiones in cenobijs recitetur  
et quantum apud egyptios prebeatur  
silentium** Cap. xvij.

**I**llud autem ut reficientibus fra-  
tribus sacre lectiones in cenobijs  
recitent. non de typo egyptiorum  
processisse. sed de cappadocum nouerim.  
**Q**uos nulli dubium est non tam spi-  
ritalis exercitationis causa quam compe-  
scende superflue ocioseque confabulatio-  
nis gratia. et maxime contentionum que ple-  
rumque solent in conuiujs generari. huius  
tueri voluisse. videntes eas aliter apud  
se non posse cohiberi. Apud egyptios ei  
vel maxime tabennesiotas tantum silentium  
ab omnibus exhibet. ut cum in vno tan-  
ta numerositas fratrum refectionis ob-  
tentum confederit. nullus nec mutire quædam  
audeat propter eum qui sue decanie preest.  
**Q**ui tamen si quid mente supinferri vel  
auferrî necessarium esse peruiderit. sonitu  
potius quam voce significat. Tantaque ve-  
scendo eis silentij huius disciplina sua-  
tur. ut cucullis ultra oculos palpebras  
demissis. ne se liber aspectus habeat cu-  
riosius copiam euagandi. nihil amplius  
intueatur quam mensam. et a propositis in ea  
vel quos ex ea capiunt cibos. ita ut quæ-  
admodum vel quantum reficiat aliis nullus  
innicem notet. **Et illicitum sit ex-  
tra mensam communem quicquam  
cibi potusve gustare** Cap. xvij.

**A**ntequam vel postquam legitima et co-  
munemque refectionem percipi-  
ant summa cautione seruatur  
ne extra mensam quicquam cibi penitus ori-  
suo quisquam indulgere presumat. ut in-  
cedentibus per hortos et pomaria. cum pas-  
sum blandique per arbores poma penden-  
tia non solum obijciant se pectoribus trans-  
euntium. verum etiam strata per terram con-  
culcanda pedibus offerant. atque ad colligendum  
parata facile ad consensum concupiscentie illicere valeant intuentes. et

## De institutis renunciantium

oportunitate vel copia quibus districtos atque abstinentissimos ad sui desiderium prouocare sacrilegus ducatur non modo quicquid ex his degustare verum etiam manu contingere absque eo quod palatibus cunctis in comune reficientibus exhibetur et ad percipiendum economi dispensatione per fratrum obsequia publice ministratur.

**Quemadmodum per palestina[m] vel mesopotamiam quotidiana fratribus exhibeantur obsequia** *Cap. xix.*

**N**equid sane de institutis cenobiorum pretermisisse videamur. quemadmodum quotidiana fratribus etiam per alias regiones exhibeantur obsequia. commemorandum breuiter puto per cunctam namque mesopotamiam palestina[m] et capadociam ac totum orientem singulis hebdomadibus vicissim fratres ad hec officia sibi reddenda succedunt ita ut secundum cenobii multitudinem ministrorum quoque numerus deputetur.

Que ex plere tanta deuotione et humilitate properant quanta nullus seruum dirissimo domino ac prepotenti exhibet suum famulatum ita ut ne istis quidem solis contenti obsequijs que canonico iure resoluunt etiam nocte surgentes illos quibus specialiter hec manet cura studio suo releuent et ea que ab ipsis perficienda sunt furtim inuenientes implere prestant.

Has autem septimanas unusquisque suscipiens usque ad cenam dominici diei ministraturus obseruat. Quia peracta ministerium totius hebdomadis ita concluditur ut hi quibus succedendum est conuenientibus in unum fratribus ad concinendos psalmos que detur ex more decantant omnibus in ordine pedes lauent. hanc scilicet ab eis pro labore totius septimane benedictionis mercedem fideliter expectantes ut eos explentes mandatum christi emissa generaliter ab omnibus fratribus oratio prosequatur que vel per ignora-

tionibus intercedat vel per admissis humana fragilitate peccatis et commendet deo velut sacrificium pingue consummata eorum deuotionis obsequia. Itaque secunda sabbati post matutinos hymnos alijs rursus succedentibus utensilia in quibus ministrauerat ac vasa consignant. que tanta sollicitudine curaque suscipientes custodiunt ne quid ex eis imminuatur vel pereat ut credant se etiam pro minimis quibusque vasis tanquam per sacrosanctis rationem non solum dispensatori presentis sed etiam domino reddituros. si forte aliquid ex eis negligentia eorum fuerit imminutum. Cuius discipline qui modus sit vel quanta fide et cautione seruetur vno testimonio quod exempli gratia ponere poteritis agnoscere. Sicut enim studemus satisfacere vestro seruo quo plenam vniuersorum cognitionem desiderantes etiam ea que optime nostis hoc libello vobis cupitis iterari ita veremur mensuram benedictionis excedere.

**De tribus lenticule grana ab economo reperitis.**

*Cap. xx.*

**I**n septimana cuiusdam fratrum cum preteriens economus tria lenticule grana vidisset iacere in terra que hebdomadario festinanti dum ea preparat coctioni inter manus cum aqua diluebant elapsa sunt confestim super hoc abbatem consuluit. A quo velut interuolator neglectorque sacri peculij iudicatus ab oratione suspensus est. Cuius negligentie reatus non aliter ei remissus est nisi eum publica penitentia diluisset. Non solum enim seipsum non esse suos sed etiam omnia que sua sunt credunt domino consecrata. Propter quod si quid fuerit in monasterio semel illatum ut sacrosanctum cum omni decernunt reuerentia debere tractari. Tantaque fide vniuersa procurant atque dispensant ut etiam ea que respectui habent paruaque reputant ac vilia si vel loco mouerit vel conpetenti collocauerit.

## **Liber .III.**

sigillonem aqua impleuerit. si ex eo cui-  
q; obtulerint ad bibendum. si tenuem fe-  
stucam de oratorio cella ve submonerit.  
mercedem se consecuturos a domino to-  
ta credulitate confidant.

### **De spontaneo quorundā fra- trum ministerio**

**Cap. xxi.**

**N**uimus fratres in quorum se-  
ptimana cum accidisset tanta  
lignorum penuria vt non esset  
penitus vnde soliti cibi fratribus para-  
rentur. 7 donec possent coempta de ferri  
vt xerofagia cōtenti essent abbatis fuis-  
set auctoritate preceptum. essetq; h vni-  
uersis placitum. nec quisq; posset vllū  
coctionis sperare pulmētū. illos velut q  
fructu ac mercede sui laboris 7 obsequij  
fraudarētur. si in ordine vicis sue citos  
fratribus non scdm consuetudinem pa-  
rauissent. tantum sibi spontanei operis  
ac sollicitudinis indixisse. vt in illis ari-  
dis ac sterilibus locis in quibus ligna  
nisi de fructiferis arboribus excidantur  
omnimodis nequeunt inueniri. nec enī  
vt apud nos vlla reperiūtur fructecta sil-  
uestria. per extenta aua discurrentes. et  
heremum quē versus mare mortuū ten-  
ditur obeuntes. festucas tenues ac spi-  
nulas quas ventus bucillucq; disper-  
serat. suo sinu 7 gremijs colligētes. cun-  
ctam solennitatem ciborum spontaneis  
obsequijs prepararent. ita vt de solita  
prebitione nihil paterent imminui. tan-  
ta fide hęc sua munia fratribus exhiben-  
tes. vt etiam cum illos honeste posset vel  
lignorum excusare penuria vel abbatis  
imperium. pro fructu suo atq; mercede  
noluerint bac abuti licentia

### **De egyptiorum typo qui est su- per quotidianis fratrum statu- tus obsequijs.**

**Capitulū. xxij.**

**H**ec dicta sunt scdm typum vt  
prefati sumus totius orientis.  
quem etiam in partibus nostris  
necessario dicimus debere seruari. Cete-  
rum apud egyptios quibus maxima cu-  
ra est operis. non est hebdomadariū mu-  
tua vicissitudo. ne sub occasione huius  
officij omnes ab operis canone impedi-  
antur. sed vni probatissimo fratrum cel-  
larū vel coquine cura committitur. qui  
perpetuo donec vires eius vltetas admit-  
tit. iugiter opus istud exerceat. Nō enim  
magno labore corporis fatigatur. q; nec  
tanta cura inter eos parandorum cibo-  
rum vel coctionis impenditur. quippe q  
maxime xerofagijs vl homofagijs vtūt.  
7 apud quos secta singulis mensib; por-  
rorum folia. labfania. salfrictum oliue.  
pisciculi minuti falliti. quos illi meno-  
minia vocant. summa voluptas est

### **De obedientia abbatis iohan- nis per quam vsq; ad prophe- tie profectus est gratiam.**

**Cap. xxij.**

**E**t quoniam hic liber de institu-  
tione est ei<sup>9</sup> qui renunciat huic  
mundo. per quam scilicet intro-  
ductus ad humilitatem veram 7 obedi-  
entiam perfectam ceterarum quoq; vir-  
tutum culmina possit ascendere. necessa-  
rium reor quedam senio 7 gesta quibus  
per hęc enitueret virtutem. exempli gra-  
tia sicut promissimus explicare. de multq  
admodum pauca carpen tes. vt studen-  
tibus sublimiora sectari. non solum inci-  
tamentum ex his vite perfecte. sed etiam  
ppositi forma procedat. **E**obrem duos  
vel tres pro libelli huius compendio de  
tam innumera patrum multitudine. p-  
ferentes ponimus. **P**rimum abbatē io-  
hannem qui commoratus est iuxta lico  
quod est opidū thxaydis. quiq; ppter  
obedientie virtutē vsq; ad pphetie grām  
sblimat<sup>9</sup>. sic vniūso claruit orbi. vt etiā  
regibus mundi huius merito suo redde

## De institutis renunciantium

retur illustris. Nam cum in extremis vt diximus thebay de partibus commāneret. nō ante presumebat theodosius imperator ad prepotentium bella tyrannorum pcedere quā oraculis illius anima retur atq; responsis. Quibus cōfidens velut celitus sibi delatis. trophaea de bellis desperatis atq; hostibus reportabat

**De ligno itaq; arido quod idē abbas iohannes ad arbitriū senioris sui quasi adolendum rigare non destitit.**

Cap. xliij.

**H**ic itaq; beatus iohannes ab adolescentia sua vsq; ad perfectam ac virilem etatem seniori deseruiens donec ille in huius vite conuersatione durauit tanta humilitate in hestit ei? obsequijs vt ipi quoq; seni suū potem summum obedientia eius incuteret. Cuius hāc virtutē vtrum de vera fide ac profunda cordis simplicitate descendere an affectatitia esset et quodā modo coactitia. atq; ad imperātis faciē preberet. volens manifestius explorare quā plura ei etiā superflua minusq; necessaria vel impossibilia frequentius iniungebat. Ex quibus tria ponam. p que manifestari possit volētibus scire. vltimē eius vel subiectionis integritas. **S**ūpsit itaq; de lignario suo senex xgultū quod olim excisum vsibus foci fuerat pparatum. dumq; coctionis retardaret occasio. non modo aridum. sed ppeputre iacebat temporis vetustate. Cūq; hoc coram ipso fixiss; in terram. precepit aduecta aqua quotidie bis rigari. vt scilicet diurnis humorib; radicatum. atq; per aquas i arbores diffusis ramis reuiuiscens. amenitatem oculis atq; umbra culum in estu feruenti subter residentib; exhiberet. Quod pceptum veneratione solita sine vlla impossibilitatis consideratione suscipiens adolens. ita quotidianis diebus expleuit. vt aquas p duo ferme milia indefinenter apportans. nul-

latus lignum rigare cessaret. atq; per totum anni spacium nō infirmitas corporis non festiuitas solennitatis. nō occupatio necessitatis vllius que illū etiam honeste excusaret ab executione mandati. non deniq; hyemis asperitas intercedens ab huius obseruatione precepti potuerit impedire. Cūq; eius hanc sedulitatem tacitus senex latēter diebus singulis exploraret. et videret euz simplici cordis affectu mādatum suum velut diuinit? emissum sine vlla permutatiōe vultus vel rationis discussione seruare. sinceram humilitatis eius obedientiam comprobans. pariter etiam miserās tā longum laborem quem per totum anni spacium studio deuotionis impenderat. ad virgultum aridum accedens. o inqt iohannes misit neradices hęc arbor aridō. Cūq; ille se nescire dixisset. senex velut inquirens rei veritatem. et tanq; temptans vtrum iam suis radicibus nitetur. euulsit coram ipso leui commotione virgultum. sicq; piciens illud. precepit vt deinceps rigare desineret

**De proiecto ab abbate iohāne vase vnico olei ad senioris imprium.**

Cap. xlv.

**I**taq; cū huiusmodi exercitijs eruditus quotidie inuenis in hac parendi virtute succresceret. et humilitatē eius enitesceret gratia. atq; obediētie sue suavis odor p monasteria vniuersa fragraret. quidam fratres probationis immo edificationis obtentu venientes ad senem. cum subiectionē eius quam audierant mirarent. vocās eum repente senex ascende ait. et sumens lenticulam olei. que sola in heremo suis vel aduenientium vsibus liquorem pinguedinis tenuissimum ministrabat. deorsum projice per fenestram. Quam ille cum ad superiora concitus peruolasset. per fenestram proferens comminendam dimisit ad terram. parum cogitās

vel retractans precepti ineptiam. diu-  
nam necessitatem. infirmitatem corporis.  
penuriam sumptuum. heremi squalentis  
angustias ac difficultates. in qua etiam  
si pecunia suppeditaret. nihilominus per-  
dita species inueniri repararique non pos-  
set.

**Quæadmodum abbas iohannes  
suo obedierit seniori ad aduol-  
uendum saxum quod ne a multis  
quidem possibile erat moueri**

**Cap. xxvi.**

**A**lius rursus edificari cupienti-  
bus obediencie huius exemplo.  
vocans eum senior. curte inquit  
iohannes. saxum illud huc aduolue quod  
totius. Qui confestim saxum immane  
quod turbe multe hominum vel mouere  
non possent. applicita nunc ceruice. nunc  
toto pectore. tanto nisu atque conatu pro-  
uoluerit contendebat. ut sudore omnium  
membrorum suorum non solum totum in-  
funderet vestimentum. sed etiam saxum  
ipsum suis ceruicibus humectaret. in hoc  
quoque parum metiens impossibilitatem  
precepti vel facti. per reuerentiam senioris et  
obsequij simplicitate sincera. qua crede-  
bat senem tota fidenihil posse incassum ac  
sine ratione precipere.

**De humilitate et obediencia ab-  
batis mucij quam in proieci-  
endo in fluum parvulo filio ex-  
precepto senioris non hesitavit  
plere.**

**Cap. xxvij.**

**H**ucusque abbas iohannis pau-  
ca dixisse de multis sufficiat. nunc  
abbatis mucij factus memoria  
dignum comprehendam. Hic namque ab  
renunciare desiderans huic mundo. tam-  
diu pro foribus monasterij excubans per-  
duravit. donec immobili perseverantia  
sua contra omnem consuetudinem cenobio-  
rum cum filio suo parvulo qui octo

circiter erat annorum ut susciperet eli-  
ceret. Cuius tandem recepti fuissent. con-  
festim non solum diuersis prepositis tra-  
diti. verum etiam celle habitatione seculi  
eti sunt. ne scilicet in gressu parvuli  
reminisceretur pater ex omni sua quam  
renunciando abiecerat facultate atque af-  
fectione carnali saltem sibi filium suum  
esse. et quemadmodum se iam diuitem non  
esse sciebat. ita etiam patrem se esse nesciret.  
Quod ut plenius probaretur. utrumque vi-  
delicet plus faceret affectionem sangui-  
nis ac suorum viscerum charitatem. an obe-  
dientiam et mortificationem christi quam renun-  
cians quisque pro eius debet amore prefer-  
re. de industria negligebatur parvulus.  
pannis potius quam vestimentis indutus.  
sordibus quoque ita oblitus ac sedatus.  
ut offendere potius quam delectare pater  
nos oculos posset quotiens ab eo fuisset  
aspectus. sed etiam colaphis atque ala-  
pis expositus diuersorum. quas plerumque  
sub obtutibus suis innocenti parvulo  
etiam gratis cernebat inferri. ita ut nun-  
quam genas eius nisi la chymarum sorden-  
tibus vestigijs videret infectas. Cuius  
taliter infans sub oculis per dies singulos  
ageret. pro amore nichilominus christi et  
obediencie virtute rigida semper atque im-  
mobilia patris viscera permanserunt.  
Non enim iam reputabat suum filium  
quem secum pariter obtulerat christo.  
nec curabat de presentibus eius iniurijs.  
sed potius exultabat quod eas nequaquam  
infructuose cernebat tolerari. parum  
cogitans de lachrymis eius. sed de pro-  
pria humilitate ac perfectione sollicitus.  
Quam distractionem mentis illius atque  
immobilem rigorem peruidens cenobij  
senior. ad comprobendam penitus ani-  
mi eius constantiam. cum plorare qua-  
dam die vidisset infantem. simulans se  
aduersus eum commotum precepit pa-  
tri ut tollens eum iactaret in flumen.  
Tunc ille velut a domino sibi hoc pre-  
ceptum esset. confestim celeri cursu ra-

## De institutis renunciantium

piens filius. vlnis proprijs vsq; ad ora fluminis aduenit iactaturus. Quod pfecto seruoze fidei et obediētie eius fuisset opere consummatu. nisi procurati fuissent de industria fratres qui sollicite ripam fluminis obsiderent. proiectumq; ia. et quodammodo de fluminis alueo paruum rapuissent. et consummationem precepti obsequio patris ac deuotione completam. ab effectu operis atq; ab ipso sine reuocassent.

**Quemadmodū reuelatum sit abbati de patre mucio opus eū abrahā fecisse. et qd defuncto eidē abbati idēz pater mucius i monasterij administratione successerit**

**Cap. xxvij.**

**Q**uius fides atq; deuotio intantum deo fuit accepta. vt diuino statim testimonio comprobata sit. Reuelatum nanq; est cōtinuo seniori. hac eum obediētia abrahā patriarche opus implese. Cūq; breui tempe transacto idem abbas cenobij de mūdi huius cōmoratione migraret ad dñm. hūc preponens cunctis fratribus successorem sibi atq; abbatem monasterio dereliquit.

**De obedientia fratris qui decē sportas circūferēs publice distrahit ad abbatis impium.**

**Q**ui tacebimus **Cap. xxix.**  
n etiam nobis cognitum fratrem huius seculi huius ordinem summe familie. Nam patre comite ac ditissimo oriundus fuit. studijs quoq; liberalibus non mediocriter institutus. Qui relicto parentibus cum ad monasteriū peruolasset. ad comprobandā mentis humilitatem vel fidei eius ardorem. confestim ei a seniore preceptum est. vt decē sportas quas necesse nō erat publice vendicari. cernicibus suis onerans distrahendās plateas circūferret. adiecta conditōne qd diutius in hoc officio retineret. vt si forte eas vnus pariter coemere voluisset nō cederet. sed singillatim eas querentibus vendidaret. Quod ille tota deuotione

compleuit. et omni confusionis verecundia pro nomine ac desiderio christi calcata. sportas humeris suis imponens precio statuto distraxit. ac pecunias ad monasteriū reportauit. nequa qd perterrit tam vilis et insueti officij nouitate. nec cōsiderās indignitatem rei. nataliūq; splendorem. ac venditionis iniuriam. dum illam christi humilitatem que est vera nobilitas. p obedientie gratiam desiderat obtinere.

**De abbatis pynusij humilitate qui relicto cenobio celeberrimo cui presbiter perat. longinquum monasterium in quo velut incipiens suscipere desiderio subiectionis expetit.**

**Cap. xxx.**

**Q**uartat nos libelli modus ad finem tendere. sed obediētie bonum que inter ceteras virtutes primatum tenet. non patitur nos eorum gesta qui per hanc claruerunt penitus silentio preterire. Propter quod vtrūq; congrue temperates. id est tam breuitati qd studiosorū desiderijs atq; utilitatibus seruiētes. vnum adhuc ponemus humilitatis exemplum. quod nō ab incipiente sed a pfecto atq; abbate completu. nō solum iuniores instruere. sed etiam seniores ad pfectam humilitatis virtutem lectione sua poterit incitare. Vidimus itaq; abbatem pynusium. qui cum esset immanis cenobij presbiter. quod est in egypto non longe a panefisi ciuitate. et propria reuerentia. vel vite sue. vel etatis. vel sacerdotij. cuncti honorabilis ac venerandus existeret. videns se pro hoc ipso humilitatem illam quam scdm sue mentis ardorem concupierat exercere nō posse. nec habere quo virtutem desiderata subiectionis extenderet. clam fugiens de cenobio secessit solus in thebaidos vltimas partes. Ibiq; deposito habitu monachorum. assumpta seculari veste cenobium tabenensiotarū expetit. quod sciebat cunctis esse districtius. et in quo se vl



## Liber IIII.

pro longitudine regionis credidit ignorā-  
dum. vel pro magnitudine mō aſterij ac  
multitudine fratrum facile poſſe celari.  
**U**bi diutiſſime pro foribus pleuerās cun-  
ctorum fratrum genibus proſtratus ut ſuſci-  
peretur ſummis precibus exorabat. **C**um  
multo deſpectu tādē fuiſſet admiſſus.  
quod ſc̄z decrepituſ ſenex ⁊ qui omnes  
ſuam p̄xiſſet etatem ingredi cenobij  
poſtulare. quo tempore iam ne deſerui-  
re quidem ſuis voluptatibus p̄uale-  
ret. ac ne hoc quidem ipſi cauſa religio-  
nis exſpectare eum aſſererent. ſed famis et  
inopie neceſſitate conſtrictū. ut ſeni nul-  
liq̄ operi penitus apto horum cura dilige-  
tiaq̄ mandatur. **Q**uā ſub alio fratre in-  
niete qui eum ſibi creditum retinebat ex-  
ercens. ſic eidem ſubdebat tantaq̄ obe-  
dientia deſideratam humilitatis excole-  
bat virtutē. ut non ſolū ea que ad horum  
curam diligentiamq̄ p̄tinebant. verū  
etiam vniuerſa officia que cunctis erāt  
aſpera vel indigna. atq̄ ab omnibus du-  
cebantur horrore. tota quotidie ſedulita-  
te completeret. **Q**uamplura etiam nocte  
conſurgens ita ſurtim nullo teſte v̄l con-  
ſcio tenebris occultibus efficiebat. ut  
penitus auctorem operis nemo deprehē-  
deret. **C**ūq̄ ibidem triennio deliteſcēs  
diſperſis p̄ vniuerſam egyptum vbiq̄  
fratribus quereret. a quodam tandem vi-  
ſus qui de egypti partibus cōmezarat. vix  
potuit pro humilitate habitus ſui ac vi-  
litate officij quod gerebat agnoſci. **Q**uā  
ſarculo deoſum incuruus laxabat ole-  
ribus terram. deinde ſtercus humeris ſui-  
is adnectans eorū radicibus ingerebat.  
**C**ūq̄ h̄ intus frat̄ ſup agnitione eius  
diutiſſima fuiſſet heſitatione detentus.  
p̄p̄ius tandem accedēs. ⁊ non ſolū vultu-  
m ſed etiam ſonum vocis diligent̄ ex-  
plorans. ad pedes eius cōmin⁹ p̄cidens  
primo quidem ſuper hoc ſtupeſcens ſum-  
mum videntibus cunctis inculſit. cur vide-  
licet iſtud fecerit ei qui apud ipſos velut  
nonicenis ac de ſeculo nuper egreſſus ha-  
beatur extremus. poſt vero miraculo

ſunt maiore p̄cuſſi: cum eius nomen q̄d  
apud ipſos q̄z magna fuerat opiniōe cō-  
pertum protinus p̄diditſet. **A** quo vni-  
uerſi fratres prioris ignorantie veniam  
poſtulantes. quod eum videlicet tanto  
tempore inter inuiores ac paruulos de-  
putaſſent. inuitum ac ſilentem quod in-  
uidia diaboli digna ſibi fuiſſet conuer-  
ſatione atq̄ humilitate fraudatus. quā  
diutiſſime requiſitā tandem aliquā ſe in-  
ueniſſe gaudebat. nec merniſſet vitā ſuā  
in illa quā arripuerat ſubiectioe fini-  
re ad p̄p̄ium cenobij redire. cuſto-  
dientes eum ſumma diligētia. ne ab eis  
quoq̄ ſimiliter quoq̄ dilapſus auſu-  
geret.

**Q**uem admodū abbas p̄ny-  
ſius reductus in monaſterium  
ſuū modico tempore cōmora-  
tus iterū fugerit in p̄tes ſyrie

**C**um fuiſſet **Cap. xxxi.**  
modico tempore demorat⁹. eo-  
dem rursus humilitatis deſide-  
rio atq̄ ardore ſuccenſus. captas noct-  
na ſilentia ita diffugit. ut iam p̄uicias  
non vicinam ſed ignotas ⁊ alienas lon-  
geq̄ diuiſas regiones exſp̄teret. **Q**uā cō-  
ſcendens nanem in paleſtine partes cō-  
meare feſtinauit. credēs ſe tuti⁹ latitatu-  
rum. ſi ad illa ſemetipſum aſportaret lo-  
ca. in quibus ne nomen quidem ſuum  
fuiſſet auditum. **Q**uo cum adueniſſet.  
noſtrum monaſterium p̄tinus exſp̄tuit.  
quod non longe fuit a ſpeleo in quo do-  
minus noſter ieſus chriſtus ex virgine na-  
ſci dignatus eſt. **I**n quo per modico tē-  
pore deliteſcens. ſc̄dm ſententiam domi-  
ni tanq̄z ciuitas ſup mōtem poſita diu-  
tius abſcondi non potuit. **N**am conti-  
nua quidam fratrum qui ad loca ſancta  
de egypti partibus orationis cauſa cōue-  
nerant. agniti eū ſumma vi precū ad  
cenobium ſuum reuocarunt.

**Q**ue precepta dedit idem ab-  
bas P̄nyſius fratri quem in  
ſuo monaſterio ſub noſtra reci-  
piebat preſentia. **Cap. xxxii.**

## De institutis renunciantium

**N**unc igitur senem pro illa que nobis fuerat apud ipsum in monasterio non familiaritas. cum post hoc in egypto studiosissime requisissemus. exhortationes quam dedit fratri que sub nostra presentia in cenobio suo recipiebat. quod puto ex hac posse aliquid instructionis accidere. animus est opusculo huic interere. Postquam ait quot diebus per foribus excubas. hodie sis receptus. Cuius difficultatis causam primitus debes agnoscere. Poterit enim tibi in hac via quam ingredi concupiscis multum conferre. si ratione eius agnita ad christi servitium consequenter ac sicut oportet accesseris.

**S**icut magna remuneratio monacho debetur secundum institutionem patrum laboranti. ita et pena similiter tribuitur. et idcirco non debeat quis facile admitti in monasterio. **Cap. xxxiiij.**

**I**cut namque immensa glorioliter servientibus deo ac secundum regulam institutionem ei coherentibus repromittitur in futurum. ita pene gravissime preparantur his qui tepide ea negligenterque fuerint executi. et secundum hoc quod professi sunt vel quod ab hominibus esse creduntur. fructus etiam congruos sanctitatis eidem exhibere neglexerint. Melius est ei secundum scripturam sententiam non vouere quem quis que vouere et non redere. et maledictus qui facit opus dei negligenter. Ideo igitur a nobis diuinitus me refutatus es. non quod tuam vel omnium salutem non toto desiderio cupiamus amplecti. et his qui ad christum capiunt pervenire etiam procul occurrere non optemus. sed ne temere recipientes. et nos apud deum lenitatis. et temetipsum reum gravioris supplicij faceremus. si ad presens facile susceptus. nec pondus professionis huius intelligens. vel desitator. post hoc vel tepidus extitisses. Quamobrem ipsarum causarum abrenunciationis debes in primis agnoscere. Quam prospecta. quid te perveniat age

re ex eius ratione manifestius instruaris. **Abrenunciatio nostra nihil sit aliud quam mortificatio et imago crucifixi.**

**Cap. xxxiiij.**  
**A**brenciatio nihil est aliud quam crucis ac mortificationis indicium. Ideoque non eris hodie. non die te huic mundo et actibus eius ac desiderijs esse defunctum. teque secundum apostolum mundo huic esse crucifixum. tibi que huic mundum. Considera ergo condiciones crucis sub cuius te deinceps sacramentum oportet in hac luce versari. quia iam tu non vivis. sed ille vivit in te qui est crucifixus pro te. Ergo habitu ac figura qua pro nobis in patibulo fuit ille suspensus. nos que necesse est in hac vita tegere. ut scilicet secundum david affigentes timore domini carnes nostras. universas voluntates nostras ac desideria non nostre concupiscentie servitia. sed mortificationi eius habeamus affixa. Sic enim domini preceptum implebitur dicentis. qui non accipit crucem suam et sequitur me. non est me dignus. Sed forte dicas. Quomodo potest homo crucem suam iugiter portare. vel quemadmodum visus quis possit esse crucifixus. Audi rationem brevitur.

**Abrenunciatio nostra timor domini sit.**

**Cap. xxxv.**  
**C**rucis nostra timor domini est. Sic ergo crucifixus quis iam non pro animi sui motu membra sua que que movendi vel convertendi habere potestatem. ita et nos voluntates nostras ac desideria non secundum id quod nobis suavitatis est ac delectat ad presens. sed secundum legem domini quo nos illa perstrinxerit applicare debemus. Et sicut is qui patibulo crucis affigitur. non iam presentia contemplantur. nec de suis affectationibus cogitat. non pro die crastino sollicitudine cura que distenditur. nulla possidendi concupiscentia promouet. nulla superbia. nulla contentione. nulla emulatione succendit. non de presentibus dolet iniurijs. non preteritarum

iam recordat. sed cum adhuc spirat in corpore cunctis elementis credit esse defunctum. illuc premittens sui cordis intuitum. quo se non dubitat ilico transiaturum. ita nos quod timore domini crucifixos oportet his omnibus id est non solum carnalibus virtutibus veritatem ipsius elementis mortuos esse. illuc habentes oculos anime nostrae defixos quo nos sperare debemus momentis singulis migraturos. Hoc enim modo mortificatas poterimus universas concupiscentias nostras et affectus habere carnales.

**Renunciatio nostra nihil proficit nisi iisdem quibus renunciamus implicemur. Cap. xxxvi.**

**C**ave ergo ne quid aliquando commiseris. Presumas quod renuncians abieceris. et contra domini interdictum de agro euangelice operationis reversus. inueniaris tunica tua qua te expoliaveras reuestiri. neque ad humiles terrenasque mundi huius concupiscentias ac studia reuolaris. et contra euangelij mandatum de perfectionis tecto descendens. tollere aliquid presumas ex his que abrenuncians abieceris. Cave ne parentum. ne affectionis pristinae recorderis. et ad curas huius seculi sollicitudinesque reuocatus. secundum saluatoris sententiam ponens manum tuam super aratrum et aspiciens retro. regno celorum aptus esse non possis. Cave nequam superbiam quam nunc incipiens ardore fidei ac pia humilitate calcas. cum ceperis psalmodium vel professionis huius quadam noticiam degustare. paulatim elatus resuscitare mediteris. ac secundum apostoli sententiam que destruxisti iterum reedificans prevaricatoris presituas temetipsum. sed potius ut in hac nuditate quam coram deo et angelis eius professus es ad finem usque perdures. In hac quoque humilitate ac patientia. qua ut susciperis in monasterio decem diebus pro foribus perseverans multis lachrymis implorasti. non solum modo presitas. verum etiam perficias atque succrescas. Satis enim miser est ut cum delectas a rudimentis ac primor-

dijs tuis. pueri et ad perfectionem tendere. etiam ab ipsis incipias ad inferiora decedere. Non enim qui ceperit hunc. sed qui perseveraverit in his usque in finem. huius saluus erit.

**Quod diabolus nostro fini semper invidetur. et nos eius caput iugiter observare debeamus.**

**Cap. xxxvii.**

**U**terlus enim serpens calcanea nostra semper observat. id est insidiatur exitui nostro. et usque in finem vite nostre nos suam plantare conatur. Et idcirco bene cepisse nihil proderit. nec pleno seruoze renunciationis arruisse principia. si hec congruus etiam finis similiter non commendauerit atque conclusus erit. christique humilitas atque paupertas quam nunc coram ipso professus es usque ad extremum vite quem admodum arrepta est a te non fuerit custodita. Quod ut possis implere. tu eius capita. id est cogitationum principia semper observa. ad seniores scilicet mox ea deferens. Ita enim discas perniciose eius initia contere. si nihil ex eis seniori tuo embueris reuelare. **De renunciationis preparatione adversum temptationes. et de paucis imitandis. Cap. xxxviii.**

**Q**uia propter secundam scripturam sententiam egressus ad servandum domino. sta in timore dei. et prepara animam tuam non ad requiem. non ad securitatem. non ad delicias. sed ad temptationes et angustias. Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Angusta namque est porta et ardua via que ducit ad vitam. et pauci sunt qui inveniunt eam. Considera ergo te de paucis et electis effectum. et ne exemplo ac tempore multitudinis refrigerescas. sicut vine ut pauci. ut cum pauci inveniunt in regno dei. Multi enim sunt vocati. pauci vero electi. et pusillus est grex cui complacuit patri hereditatem dare. Itaque non leve novum esse peccatum. perfectionem professum quempiam ea que sunt imperfecta sectari. Ad quem perfectionis statum his gradibus atque hoc ordine pervenitur.

## De institutis renunciantium

**¶** Quo ordine quis ad perfectionē valeat puenire. p quaz de timore dei ad charitatem consequenter ascendat. **Cap. xxxix.**

**P**incipiū nostre salutis eiusdē q̄ custodia. sicut dixi timor domini est. Per hunc enī et initiū conversionis et vitiorū purgatio et virtutum custodia. his q̄ imbuunt ad viam perfectionis acquirūt. Qui cuq̄ penetrauerit hominis mentē. contemptū ei rerū oīm parit. obliuionem parentū. mūdiciq̄ ip̄i gignit. horrore. Contemptū autē ac priuatione facultatum oīm. humilitas acquiritur. Humilitas x̄o his indicijs p̄bat. primo si mortificatus in se habeat oēs voluntates. sc̄do si non solū actū suū. rum verū etiam cogitationū nihil suū celauerit. seniore tertio si nichil suę discretioni sed iudicio ei⁹ vniūsa committat. ac monita ei⁹ sitiens ac libentē auscultet. quarto si in oīb⁹ seruet obedientiā. mansuetudinē. et patientiē constantiā. quāto si non solū iniuriā inferat nulli. s̄z ne ab alio q̄dem sibi met irrogatam doleat atq̄ tristet. sexto si nihil agat nihil presumat quod nō vel communis regula vel maiorūz cohabitāntē exempla. septimo si omni vilitate p̄tentus sit. et ad omnia se que sibi p̄cipiunt velut operariū malūz iudicauerit et indignum. octauo si semet ip̄m cunctis inferiorē non sufficie. p̄nūciet labiorū. sed intimo cordis credat affectu. nono si linguā cobiteat. vel nō sit clamorosus in voce. decimo si non sit facilis ac promptus in risu. Talib⁹ nāq̄ indicijs et his similib⁹ humilitas vera dinoscit. Que cū fuerit i veritate possessa. confessum te ad charitatem que timores nō habet. gradu excellentiore p̄ducat. p quaz vniuersa q̄ prius nō sine pena formidinis obseruabas. absq̄ vllō labore velut naturalit̄ incipies custodire. nō iā contemplatione supplicij vel timorū vllī⁹ s̄z amore ip̄i⁹ boni et delectatione virtutū.

**¶** Nō debeat monachus exempla perfectionis a multis expete

re. s̄z ab vno vel paucis. **Ca. xli.**

**H**ic quod vt valeas facili⁹ puenire exempla tibi sunt imitatio nis ac vite p̄fecte in p̄gregatione cōmoranti. a paucis immo ab vno vel a duob⁹ non a plurib⁹ expetenda. Nam p̄ter id qd̄ examinata vita atq̄ ad purum excocta reperit in paucis. etiaz istud ex h̄ vtilitatis accidit. qd̄ ad perfectionē p̄positi huius id est cenobial vite diligētius q̄s vni⁹ imbuūt ac format̄ exēplo.

**¶** Quarum debilitatū similitudinem suscipere debeat qui in cenobio cōmoratur. **Ca. xli.**

**¶** De oia vt possis consequi. et sub hac regula spiritali p̄petuo p̄durare. tria h̄ in cōgregatione necessario custodienda sunt tibi. vt sc̄licet h̄m psalmiste sententiā. ego autē tāq̄ surdus non audiebā. et sicut mutus qui nō apit os suū. et factus sum sicut hō nō audiens. et nō habens in ore suo increpationem. tu q̄z velut surdus ac mut⁹ et cecus incedas. vt absq̄ illi⁹ p̄templatiōe q̄ tibi fuerit ad imitandum merito perfectionis elect⁹. vniuersa quecunq̄ videris minus edificationis habentia velut cec⁹ nō videas. ne animatus eorū qui h̄ agūt auctoritate vel forma. ad id qd̄ veteris est. et quod ante dā naueras. traducar. Si inobedientem. si p̄tumacem. si detrahentem audieris. vel secus quā tibi traditum est aliquid admittentē. nō offendaris. nec ad imitandū eum tali subuertaris exēplo. sed vt surdus q̄ hec penitus nec audieris vniūsa trāsmittas. Si tibi vel cuiq̄z puicia. si irrogant ininrię esto immobilis. et ad responsionem talionis vt mutus ausculta. semper hunc psalmiste psalmum in corde tuo decanta ns. Dixi custodiam vias meas. vt nō delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam cū confisteret peccator aduersum me. obmutui et humiliatus sum. et silui a bonis. Verū et quartū hoc p̄ omnibus excole. quod hec que supra diximus tria ornet atq̄ cōmendat. id est vt stultū

te scdm apostoli sententiā facias in hoc mūdo vt sis sapiens. nihil scz discernēs nihil diiudicans ex his que tibi fuerint imperata. sed cum omni simplicitate ac fide obedientiam semper exhibeas. illud tantummodo sanctum. illud vtile. illud sapiēs eē iudicās. q̄cqd tibi vel lex dei. vlt̄ senior examē indixerit. Tali ei institutione fundat̄. sub hac disciplina poterit durare p̄petuo. ⁊ de cenobio nullis temptationibus inimici nullis factionibus deuolueris.

**¶** **Q**uoniam bonum patientie suenō de beat monachus de alioruz sperare virtute sed de sua longanimitate. **Cap. xliij.**

**¶** Ergo patientiam tuam non de bes de alio sperare virtute. id ē vt tunc eam tantummodo possideas cum a nemine fueris irritatus. qd̄ ne possit non euenire. tunc nō subiacet potestati. s; pot̄ de humilitate tua ⁊ longanimitate. que ī tuo pendet arbitrio.

**¶** **Recapitulatio expositionis quam monachus ad perfectionem possit ascendere. Cap. xliij.**

**¶** Vt hec omnia que latiori sermone digesta sunt cordi tuo facilius inculcentur. ac tenacissime tuis sensibus valeāt inlerere. qd̄ dā ex his breuiariū colligam. p̄ quod possit breuitate ⁊ compendio mandatorū memoriter vniuersa complecti. Audi ergo paucis ordinem. p̄ quem ascendere ad perfectionem summā sine v̄llo labore ac difficultate valeas. **Principium** nostre salutis sapientieq; scdm scripturas timor dñi est. **De timore dñi** nascitur compunctio salutaris. **De compunctione cordis** procedit abrenunciatio id est nuditas ⁊ contemptus omnium facultatum. **De nuditate** humilitas p̄creatur. **De humilitate** mortificatio voluntatum generatur. **Mortificatione** voluntatum extirpantur atq; marcescunt vniuersa vitia. **Expulsione** vitiorum virtutes fructificant atq; succrescunt. **Pullulatio**

ne virtutum puritas cordis acquiritur. **Puritate** cordis apostolice charitatis p̄fectio possidetur.

**Explicit de institutis renunciātiū liber quartus.**

**Incipiunt capitula libri quinti de spiritu castri margie. Cap. primum**

**¶** Rāsitus de institutis cenobiorum ad colluctationē octo principalium viciorum.

**i** De cause viciorum sicut in omnibus immorantur. ita ab omnibus ignorantur. ⁊ quia ad manifestandas eas domini egeam̄ auxilio

**ii** De prima nobis colluctatio sit aduersus spiritum castri margie id est concupiscentiam gula

**iii** Testimonium abbatis Antonij quo docet vnamquamq; virtutem ab illo qui eam peculiari possidet expectandam

**iiii** De non possit ab omnibus vniformis ieiuniorū regula custodiri

**v** De non solo vino mens inebrietur.

**vi** Qua ratione infirmitas carnis puritatem cordis nequeat impedire.

**vii** Quo p̄fecte cōtinentie sine esca sumenda sit.

**viii** De mensura castigationum assumendarum remedioq; ieiunij.

**ix** Ad conseruandam mentis ⁊ corporis puritatem abstinentiam ciborū non posse sufficere

**x** Concupiscentias cordis non extinguuntur nisi cum omni extirpatione viciorū

**xi** De agone carnali etiam spiritalis agonis imitatio esse sumendam.

## Capitula

- xij Quasi gula fuerimus vitio liberati nequaquam possimus ad pugnas interioris hominis pervenire.
- xiii Quomodo possit gula concupiscentia superari.
- xv Quomodo ad custodiendam cordis sui puritatem monachus semper debet esse intentus.
- xvi Quomodo monachus sine olympiaci certaminis morem non possit spirituales conficere pugnas nisi obtinuerit bella carnalia.
- xvii De fundamenti ac basis spiritualis agonis in castris margie sit certamine collocata.
- xviii Per quot genera certaminum atque palmarum beatus apostolus ad coronam sublimissimi agonis ascenderit.
- xix De athlete christi donec in corpore commoratur pugna non desit.
- xx Quomodo debeat monachus sumendi tibi tempus excedere si vult ad pugnas interiorum certaminum pervenire.
- xxi De interiori monachi pace et abstinentia spirituali.
- xxii Quomodo debeat nos oporteat exercere continentiam corporalem ut per ipsam perveniamus ad spirituale ieiunium.
- xxiii Qualis esse monachi debet.
- xxiv De in egypto indifferenter vidimus sub adventu nostro solvi quotidiana ieiunia.
- xxv De continentia senis qui ita sexagesimum cibum sumpsit ut servaret esuriam.
- xxvi De eo senes qui in cella sua escam nunquam solus accipit.
- xxvii Quid de fructu studii profecti sint abbas pelius et iohannes.
- xxviii Quam exempli sui professionem abbas iohannes discipulis reliquerit discessurus.
- xxix De abbate machete iter collationes spirituales nunquam dormitan-
- te et semper inter terrenas fabulas obdormiente.
- xxx Eiusdem senis de nemine iudicando.
- xxxi Increpatio eiusdem senis cum fratre inter spirituales collationes dormitantes ad narrationem ociose fabule vidisset exprobratos.
- xxxii De epistolis priusquam legerent incensis.
- xxxiii De absolute questionis quas abbas theodorus orando promeruit.
- xxxiiii De sententia eiusdem senis quod docuit quo studio monachus possit assequi scientiam scripturarum.
- xxxv Increpatio eiusdem senis cum ad meam cellam media nocte venisset.
- xxxvi Descriptio heremi que est in diolico in qua anchorite commorantur.
- xxxvii De traditis nobis ab abbate archebio cum instructu suo cellis.
- xxxviii De debito quod abbas archebius in annum suarum laborum pro matre dissolvit.
- xxxix Qua simulatione cuiusdam senis abbati symconi cum otiosus esset opus manuum sit provisum.
- xl De pueris qui deserentes ad egrotantem sicus non degustatis eisdem fame in heremo defecerunt.
- xli Sententia abbatis macharij de observantia monachi vel tanquam diutissime victuri vel tanquam quotidie morituri.

Expliciunt capitula.

Incipit liber quintus de spiri  
tu castrimargie

Transitus de institutis cenobiozum ad colluctatione octo principalium viciozum.

Lap. primum

**Witus**

**Q**uod nob inuante deo liber iste pceditur. Nam post quattuor libellos qui super institutis mona-

chodum digesti sunt nunc arripe colluctationem aduersus octo principalia vicia vestris orationibus domino confortate disponimus id est primum castrimargie que interpretatur gula concupiscentia secundum fornicationis tertium phylargyrie quod interpretatur auaricia vel ut proprius exprimat amor pecunie quartum ire quintum tristitie sextum accidie quod est anxietas siue tedium cordis septimum cenodoxie quod sonat vana seu inanis gloria octauum superbie. Quem incutes agonem tuis precibus beatissime papa castor nunc impensus indigemus. ut primum naturas eorum tam minutas tam occultas tamque obscuras inuestigare condigne deinde causas eorumdem sufficienter exponere tertio ut idoneas curationes eorum ac remedia possimus inferre.

Quae cause viciozum sicut in omnibus immoratur ita ab omnibus ignorantur. et quod ad manifestandas eas domini egeamus auxilio

Lap. ij.

**Q**uare passionum cause quemadmodum patefacte fuerint traditionibus seniorum ab omnibus partibus agnoscunt ita priusquam reuelentur cum ab ipsis vniuersi vastemur et in cunctis hominibus immorentur ab omnibus ignorantur. Verum eas ita nos aliquatenus explicare posse confidimus si intercessionibus

vestris ad nos quod ille qui per ysaiam platus est sermo domini dirigat. ego autem te illo et potentes terre humiliabo portas eras confringam et vectes ferreos conteram et aperiam tibi thesauros absconditos et archana secretorum. ut nos quod christi dei precedens primum terre nostre potentes humiliet id est has easdem quas expugnare cupimus noxias passiones dominationem sibi ac tyrannidem seuisimam in nostro mortali corpore vendicantes. easque faciat indagari nostre atque expositioni succumbere. et ita nostre ignorantie portas effringens ac viciozum vectes excludentium nos a vera scientia conterens ad secretorum nostrorum nos archana perducatur. ac secundum apostolum illuminat nobis reuelat ea que sunt abscondita tenebrarum et manifestet consilia cordium. ut sic ad tetras viciozum tenebras purissimis oculis anime penetrantes patefacere eas ac producere possimus ad lucem. ea que causas atque naturas his vel qui carne ruit eis vel adhuc obligati sunt pandere valeamus et ita secundum prophetam transeuntes per ignem viciozum dirissime nostras errantium mentes confestim per aquas quod virtutum extinguentium scilicet ea transire possimus illesi ac spiritualibus remediis irrigati ad refrigerium perfectionis puritate cordis mereamur educi.

Prima nobis colluctatio sit aduersus spiritum castrimargie id est concupiscentiam gulae. Lap. iij.

**I**taque primum nobis incundum certamen est aduersus castrimargiam quam diximus gulae esse concupiscentiam. Et in primis de modo ieiuniorum et escarum qualitate dictururur ad egyptiorum traditiones ac statuta recurremus. quibus sublimiorem continentie disciplinam et perfectam discretionis inestimationem nullus ignorat.

Testimonium abbatis antonii quo docet vnaquaque virtutem ab illo qui ea peculiariter possidet expetendam. Lap. iij.

*De causa viciozum  
sicut in omnibus  
immoratur ita ab omnibus  
ignorantur.*

## De spiritu castrimargie

**E**tis namq[ue] est beati Antonij admirabilisq[ue] sententia monachuz qui post cenobiale propositum fastigia nititur sublimioris perfectionis attingere et apprehenso discretionis examie. proprio iam potes est stare indicio atq[ue] ad arcem anachoreticos peruenire. minime debere ab vno quouis summo vniuersa genera virtutuz expectere. Alii enim scientie floribus exornatur. alii discretionis ratione robustius communit. alter patientie granitate fundatur. alii humilitatis. alius continentie virtute perfertur. alius simplicitatis gratia decoratur. Sic magnanimitas. ille misericordie. iste vigiliarum. hic taciturnitatis. ille laboris studio supereminet ceteros. Et idcirco monachum spiritualia mella cedere cupientem. velut apem prudentissimam debere vnamquamq[ue] virtutem ab his qui eas familiarius possident de florare. et in sui pectoris vase diligenter recondere. ne quid minus aliquid habeat discutere. sed hoc tantum quid virtutis habeat contemplari studioseq[ue] decerpere. Cunctas namq[ue] si ab vno volumus mutuari. aut difficile aut certe nunquam idonea ad imitandum nobis exempla poterunt reperiri. Quia licet nec dum christum omnia factum secundum apostolum videamus in omnibus. tamen hoc modo possumus eum id est per partes in omnibus inuenire. De ipso enim dicitur. qui factus est nobis ex deo sapientia. iusticia. sanctitas et redemptio. Dum ergo in alio sapientia. in alio iusticia. in alio sanctitas. in alio mansuetudo. in alio castitas. in alio humilitas. in alio patientia reperitur. membratim christus per vnumqueq[ue] nunc sanctorum diuisus est. Concurrentibus vero vniuersis in vnitatem fidei ac virtutis. redditur in vnum perfectum. plenitudinem sui corporis. in singulorum membrorum compage ac proprietate perficiens. Donec ergo veniat illud tempus quo sit deus omnia in omnibus. in presenti potest hoc quo diximus modo. id est per partes virtutum esse

in omnibus deus. licet non dum per plenitudinem earum omnia sit in omnibus. Quia licet vnus religionis nostre sit finis. professiones tamen diuerse quibus ad deum tendimus. sicut in collationibus seniorum plenius disputandum est. Sed discretio et continentie forma ab his est nobis peculiariter expectenda. a quibus virtutes has per gratiam spiritus sancti vberius videmus effluere. non quod vllus que in multos diuisa sunt solus possit acquirere. sed vt in his bonis quorum capaces esse possumus. ad eorum nos imitationem qui ea peculiariter obtinuerunt tendamus.

**Quo possit ab omnibus vniuersis ieiuniorum regula custodiri.**

**Cap. v.**

**I**taq[ue] super ieiuniorum modo haud potest facile vniuersis regula custodiri. quia nec robur vnum cunctis corporibus inest. nec sicut ceterae virtutes animi soli rigore patrantur. Et idcirco quae non in sola fortitudine mentis animiq[ue] consistunt. cum corporis enim possibilitate participant. talem super his diffinitionem traditam nobis accepimus. diuersum esse refectionis quidem tempus ac modum et qualitatem. pro impari scilicet corporum statu vel etate ac sexu. vnam tamen esse omnibus patientis continentia et animi virtute castigationis regulam. Neq[ue] enim cunctis possibile est hebdomadibus pretere ieiunia. sed ne triduana quidem vel biduana ieiunia refectione cibi differre. A multo quippe egritudine et maxime senio iam defessis. ne vsq[ue] ad occasum quidem solis ieiunium sine afflictione toleratur. Non omnibus infusorum leguminum esus conuenit eneruatus. nec cunctis purorum olerum habilis est parsimonia. nec vniuersis sicci panis refectione castigata conceditur. Alii quantitate librarum duarum saturitatem non sentit. alius libere vnius sine vnciarum sex edulio pregranatur. attamen vniuersis in omnibus his continentie finis est. ne

*Non finis*



quis iuxta mēsuram capacitatis sue sa-  
turitatis oneretur in gluuie. Non enim  
qualitas sola sed etiam quantitas esca-  
rum aciem cordis obtundit. ac mēte cū  
carne pariter impinguata noxium vicio-  
rum fomitem igneumq; succendit.

**Q**uō solo vino mens inebrie-  
tur. **Cap. vi.**

**Q**uibuslibet escis reffectus ven-  
ter semiaris luxurie parit. nec p̄-  
ualet mens discretionaz guber-  
nacula moderari. ciborum pondere pre-  
focata. Non enim sola crapula vini mē-  
tem inebriare consuevit. verum etiā cun-  
ctarum escarum nimietas vacillantē eā  
ac nutabundam reddit. omniq; integri-  
tatis ac puritatis cōtemplatione dispo-  
liat. Sodomitis causa subuersionis at-  
q; luxurie nō vini crapula. s; saturitas  
extitit panis. Audi dominū per p̄phetaz  
biern salem increpantem. Quid enī pec-  
cauit foror tua sodoma. nisi quia panes  
suum in saturitate z abundantia come-  
debat. Et quia per saturitatem panis  
inextinguibili carnis fuerant ardore suc-  
censi. iudicio dei celit̄ sunt igne sulphu-  
reo concremati. Qd̄ si illos sola nimie-  
tas panis ad tam p̄ruptum flagicioz  
precipitium vicio satietatis impegit.  
quid censendum est de his qui vegeta-  
to corpore perceptionem carniū ac vi-  
ni immoderata vbertate presumūt. nō  
quantum expetit imbecillitas. sed quan-  
tum animi libido suggerit vsurpantes.

**Q**ua ratioe infirmitas carnis  
puritatem cordis nequeat im-  
pedire. **Cap. vii.**

**I**nfirmitas carnis ad purita-  
tem cordis non officit. si h̄ tan-  
tummodo que fragilitas car-  
nis non que voluptas exigit vsurpent.  
Facilius vidimus viros qui ab esca cor-  
pulentioribus omnimodis temperarēt.  
q̄ moderate vsos pro necessitate con-  
cessis. z qui totum sibi pro continentie  
amore denegarent. q̄ qui eas sub infirmi-  
tatis occasione sumentes mēsuram suf-

ficientie custodirēt. Habet etiam corpo-  
ris imbecillitas continentie sue palmā.  
dum mō escis defectioi carnis indulq;  
adhuc indigentem se refectione defrau-  
det. tantum q; esus indulgeat. quantum  
sufficere ad viuendi vsū temperantie  
discretio rigida iudicanerit. nō quantum  
desiderij appetit̄ exposcit. Esculentiores  
cibi vt procurant corporis sanitatē. ita  
castitatis non adimunt puritatem. si cū  
moderatione sumant. Quicquid enim  
fortitudinis causa esu eorum percipitur  
egritudinis labore ac defectioe consu-  
mitur. Vobrem vt nulli statui virt̄ par-  
simonie adimitur. ita ne integritat̄ qui-  
dem consummatio denegatur.

**Q**uo pfecte continentie fine  
esca sumeda sit. **Cap. viii.**

**V**erissima est itaq; patrum pro-  
batissima q; sententia. ieiunio-  
rum z continentie modū in mē-  
sura parcitatis tantum z castigatiōe cō-  
sistere. z hunc esse pfecte virtutis in cō-  
mune omnibus finem. vt ab escis quas  
sumere sustentandi corporis necessitate  
compellimur. adhuc in appetitu earum  
positi temperemus. Quāuis enim quis  
corpore sit infirmus. pfectam virtutes  
quam robustus ac sanus in omnibus  
possidebit. si desideria que fragilitas car-  
nis non exigit. mēi rigore castiget. Ap-  
stolus nanq; ait. Et carnis curam ne se-  
ceritis in desiderijs. Non ergo curā ei-  
us omnimodis interdixit. sed vt in deside-  
rijs fieret. denegauit. Voluptuosam ad-  
emit diligentiam carnis. gubernationē  
vite necessariam non exclusit. illud ne in-  
dulgentia carnis ad desideriorum occu-  
pationes noxias deuoluamur. hoc vero  
ne corruptum nostro vicio corpus spiri-  
tales ac necessarias functiones implere  
non possit.

**D**e mēsurā castigationum assu-  
mendarum remedioq; ieiunij  
**Cap. ix.**

**A**nima igitur cōtinētiē nō so-  
la temporis ratione. nec escarū

## De spiritu castrimargie

qualitate tantummodo. sed ante omnia conscientie iudicio colligenda est. **T**antum enim debet vnusquisq; sibi frugalitatis indicere. quātum corporee oblectationis pugna deponit. **U**tilis quidem et omnimodis obseruanda est canonica ieiuniorum custodia. sed nisi hanc frugitē peranter fuerit ciborum refectio subsecuta. ad integritatis calcem non poterit puenire. **L**ongorum namque ieiuniorum inedia satiritate corporis subsequente. lassitudinē potius temporalem quam puritatem castitatis acquirit. **I**ntegritas mentis ventri coheret inedia. **N**ō habet perpetuam castimonie puritatem. quisq; nō iugē temperantie equalitatem tenere contentus est. **Q**uis ei districta sint ieiunia. succedente supflua remissione vacuant. et in castrimargie vicium p̄tinus collabunt. **M**elior est rationabilis cū moderatione quotidianā refectio. quam p̄ interualla arduum longumque ieiunium. **N**on ita immoderate inedia non modo mentis labefactare potest. sed etiam orationum efficaciam redtere lassitudine corporis enervatam.

**A**d cōseruandam mentis et corporis puritatem abstinentiam ciborum non posse sufficere

**Cap. x.**

**I**ntegritatem mentis et corporis cōseruandam. abstinentia ciborum sola nō sufficit. nisi fuerit ceteris quoque virtutes anime coniugate. **H**umilitas igitur p̄mitus obediētie virtute et cordis contritione. corporisq; fatigatione discenda est. **P**ecuniarum non solum vitanda est possessio. sed etiam desiderium earum radicibus extirpandum. **N**on enim eas sufficit non habere. quod plerumque solet etiam ex necessitate descendere. sed ne ipsam quidem si forte oblate fuerit habendi recipere voluntatem. **I**re contēdus est faror. tr̄sticie sup̄da deiectio. cenodoxia id est vana gloria cōtemnenda. **S**uperbie calcandus est fastus. mentis que ipsius instabiles vagique discursus assidua dei memoria refrenandi. **T**otius

ensq; nobis est ad contemplationes dei lubrica cordis nostri purgatio reducenda. quotiens subtilis hostis ab hoc intuitu mentem captiuare peremptas. recessibus nostri cordis irreperit.

**C**oncupiscentias cordis non extinguunt nisi cum omni extirpatione viciorum.

**Cap. xi.**

**E**st possibile namque est extinguere ignita corporis incentina. priusquam ceterorum quoque principium viciorum fomites radicibus excidantur. de quibus singillatim distinctis libellis suo loco donante domino differemus. **N**unc vero propositus nobis est de castrimargia. id est gulae concupiscentia. contra quam nobis primus conflictus est disputare. **N**unc igitur poterit ardentis concupiscentie stimulos inhibere. quis desideria gulae refrenare nequiverit. **I**nterioris hominis castitas. huiusmodi consummatione discernitur. **Q**uibus enim robustioribus emul colluctari posse confidas. eum quem in leniore conflictu cōspexeris ab infirmioribus paruisque superari. **C**unctarum namque virtutum vna natura est. licet in multas diuidi species et vocabula videat. sicut auri quoque vna substantia est. licet per multa variaque metallum genera pro artificum videat ingenio ac voluntate distincta. **I**taque nullam perfecte possidere probabitur. quisque electus in earum parte dinoscitur. **Q**uo enim modo flagrantis est concupiscentie. que non sola instigatione corporis sed etiam mentis vicio succedunt. extirpasse credendum est. qui aculeos ire cordis solius imperantia. prumptes mitigare non potuit. **A**ut quo nam modo putandus est carnis atque lasciuientes stimulos retulisse. qui superbie vitium simplex non quiniit deuincere. **A**ut quemadmodum credendus est insertam carni luxuriam cōculcasse. que pecuniarum occupiam forissecus sitam atque a nostra substantia alienam

non valuit abdicare: Quia autem ratione bellum carnis et aegritudine triumphabit qui idoneus non fuit morbum curare tristitia: Quanta libet urbs sublimitate murorum et clausura portarum firmitate muniatur. posterule unius quamvis parvissime proditione vastabit. Quid enim differt utrum per excelsa menia et ampla portarum spatia. an per angusti cuniculi latibula perniciosus hostis penetrabilibus civitatis irrepit.

**De agone carnali etiam spiritualis agonis imitationem esse sumendam.**

**Cap. xij.**

**Q**ui in agone contendit. non coronabit nisi legitime certaverit. Qui naturales appetitus carnis optat extinguere. extra naturam vicia collocata permittere superare festinet. Si enim apostolice sententiae vim volumus experiri. quae sint agonis mundani leges ac disciplina permittere debemus agnoscere. ut ita demum harum compatione scire possimus quid nos in spirituali agone certantes beatus apostolus hoc exemplo voluerit edocere. In illis enim certaminibus quae sunt eundem apostolum corruptibilem corporis namque vincuntibus parantur. mos iste suatur. ut is qui se ad gloriosam coronam. et immunitatis privilegio decoratam preparare contendit. et perfecta cupit agonis subire certamina. prius in olympicis ac pythiis certaminibus indolem suae iuventutis ac rudimentorum robur ostendet. In his siquidem iuniores qui has disciplinas cupiunt perficere. utrum mereantur vel debeant ad eas admitti. tametsi qui istis certaminibus praesidet. quam totius populi iudicio comprobatur. Cumque diligenter examinatus quis primum reperiatur nulla vitae respersus infamia. deinde non servitutis iugo ignobilis. propter hoc indignus disciplina hac. vel congressu eorum qui hanc profitentur fuerit indicatus. tertio si artis si fortitudinis digna praeserat documenta. et iunioribus coenisque decertans peritiam pariter ac virtutem

suae demonstraverit iuventutis. ac proficiens de epheborum luctamine. perfectis iam viris et experientia longa probatis congregari permittitur fuerit praesidentem examine. neque non solum parem virtutis eorum assidua colluctatione probaverit. verum etiam frequenter inter hos quoque victoriae palmam fuerit consecutus. tum demum ad agonis praefata certamina merebitur pervenire. in quibus non nisi victoribus tantum. et his qui multarum coronarum stipendiis decorati sunt facultas conceditur decertandi. Si intelleximus carnalis agonis exemplum. spiritualis quoque certaminis quae disciplina vel ordo sit. compatione huius debemus agnoscere.

**Quasi gula fuerimus vitio liberati nequaquam possimus ad pugnas interioris hominis pervenire.**

**Cap. xij.**

**P**ortet nos quoque primum libertatem nostram carnis subiectione monstrare. A quo enim quis vincitur. eius et servus addicitur. Et omnis qui facit peccatum servus est peccati. Cumque nos nulla concupiscentiae turpis respersos infamia examen certamini praesidentis inuenerit. nec fuerimus ab eo ut servi carnis et ignobiles indignique olim piacis viciorum colluctationibus indicati. tunc poterimus contra coenos nostros. id est concupiscentiam carnis et motus ac perturbationes animae inire certamen. Impossibile namque est saturum ventrem pugnas interioris hominis experiri. nec bellis robustioribus attemptari dignum est eum qui potest deici leniore conflictu.

**Quomodo possit gula concupiscentia superari.**

**Cap. xiiij.**

**P**rima enim nobis calcanda est gula concupiscentia. et eo usque extenuanda mens non solum ieiuniis. verum etiam

## De spiritu castrimargie

vigilijs. lectione quoq; et crebra com-  
punctione cordis in quib; se forsita vel  
illam vel victam reminiscitur. ingemi-  
scens nunc horrore vicioꝝ. nunc deside-  
rio pfectionis et integritatis accensa. do-  
nec eiusmodi curis ac meditationib; oc-  
cupata pariter ac possessa. ipsius cibi refe-  
ctionem non tam iocunditati concessaꝝ  
qua oneris vice sibi impositam recogno-  
scat. magisq; eam necessariaꝝ corpori q̄  
desiderabilem animę sentiat attributa.  
**Q**uo studio mentis et iugi compunctioe  
detenti. lasciviam carnis que foris esca-  
rum vehementius insolescit. et aculeos  
eius noxios retundemus. atq; ita forma-  
cem corporis nostri que a rege babilonie  
occasiones peccatoꝝ et vicia nobis iugi-  
ter subministrante succendit. q̄b; napte et  
picias vice acrius exuramur. vbertate la-  
chrymarum et fletu cordis poterim; ex-  
tinguere. donec dei gratia sp̄s oris sui in  
cordibus nostris insibilante estus car-  
nalis concupiscencie penit; valeat p̄sopi-  
ri. **H**ec est igitur nobis prima cōtentio.  
hec nostra velut i olympiacis certaminib;  
bus prima p̄batio. gula ventrisq; cōcu-  
piscenciam desiderio perfectionis extin-  
guere. **O**b qd ciborum non solum super-  
fluus appetitus. et tunc contemplatioe  
calcanus. sed etiā ipi nature necessari;  
tanq; castitati contrarius. non sine cor-  
dis anxietate sumendus est. **E**t ita demū  
vitę nrę instituendus est cursus. vt nul-  
lum magis sit tempus quo sentiamus  
nos a spiritalib; studijs ruocari. q̄ quo  
descendere ad necessariam corporis cu-  
ram eius fragilitate compellimur. **C**un-  
q; ad hanc necessitatem submittimur.  
v̄ sui potius vitę q̄ mentis desiderio fa-  
mulantes. quā totius ab ea velut a salu-  
taribus nos studijs retrahente subtrahi  
festinemus. **R**equa q̄ enī poterim; esca-  
rum p̄sentium spernere voluptates. nisi  
mens cōtemplationi diuinę defixa amo-  
re virtutum potius et pulchritudine ce-  
lestium delectetur. **E**t ita quis velut ca-  
duca respiciet ymū et sa presentia. cū ad

ea que immobilia sunt et eterna. in sepa-  
biliter defixerit mentis obtutum. adhuc  
in carne positus future commorationis  
beatitudinem iam corde contemplans.

**Q**uomō ad custodiendam cor-  
dis sui puritatem mōachus sp̄  
debet esse intentus

Cap. xv.

**E**lut si quis immania virtutū  
premia in sublimi quibusdam  
paruis indicijs designata. per-  
spicacissimis oculorum obtutibus cū te-  
li directione tendentibus ferire festinet.  
sciens immensam glorie palmam et remu-  
nerationis premia in eorum confixione  
consistere. oculorum aciem ab omni in-  
tuitu auertēs. illuc dirigat necessē. vbi  
summam remunerationis et premij per-  
spicit collocata. amissurus p̄culdubio  
p̄nie palmam et remunerationes virtutū.  
si quantulumcūq; contemplationis et  
acies deuiaverit.

**Q**uomōachus scdm olympiaci  
certaminis morem non possit  
spiritalis conficere pugnas. ni-  
si obtinuerit bella carnalia.

Cap. xvi.

**E**atq; ventri et gula p̄cupiabi-  
tuitu supata. nec hui carnal. nec  
infames vicioꝝ nota. p̄nun-  
ciat. velut in olympiacis disciplinis in-  
dicabimur superiorū quoq; certaminū  
digni esse conflictu. premissisq; huiusce  
modi documentis. spiritalib; quoq; ne-  
quitijs cōgredi posse credemur. que nō  
nisi victoribus tantum et his qui merē-  
tur in spiritali agone contendere. cōcer-  
tare dignantur. **I**llud enim est cunctoꝝ  
rum luctaminum velut quoddam soli-  
dissimum fundamentum. vt primū car-  
naliū desideriorum incentiua perimā-  
tur. **N**am nullus carne propria nō de-  
uicta legitime decertare poterit. **E**t q̄ le-  
gitime non decertat. sine dubio nec in a-  
gone confligere. nec coronę gloriā vi-  
ctorie gratia poterit promereri. **N** si

hoc fuerimus vicio superati. velut ser-  
ui carnalis concupiscentie comproba-  
ti. et per hoc nec libertatis nec roboris insi-  
gnia preferentes. a spiritalium congressio-  
num conflictu. vt indigni serui non sine  
confusionis nota. p̄tinus repellam. Om-  
nis enim qui facit peccatum seruus est pec-  
cati. Diciturq; nobis p̄ beatum ap̄lum  
cum his inter quos fornicatio nominat  
Temporatio vos non apprehendit. nisi  
humana. Non enim merebimur metis  
robore conquiriti grauioribus pugnas ne  
quinarum celestium experiri. qui carnem  
fragilem resistentem sp̄i nostro subiu-  
gare nequimus. Quod a postoli testimo-  
nium non intelligentes quidam. posuerit  
p̄ indicatiuo optatiuum modum. id est tem-  
poratio vos non apprehendat. nisi huma-  
na. Quod ab ip̄o magis dici manifestum  
est. non optantis sed pronunciantis vel  
exprobrantis affectu.

**Fundamentum ac basis spi-  
ritualis agonis i castris margie sic  
certamine collocata. Cap. xvij.**

**U**s audire verum athleta chri-  
sti legio agonis iure certat.  
Ego igit inquit sic curro. non  
quasi in incertum. sic pugno non quasi  
aerem verberans. sed castigo corpus meum  
et seruituti subijcio. ne alijs predicans ip-  
se reprobus efficiat. Aides vt in semet  
ip̄o id est i carne sua colluctationum sum-  
mam velut in base quadam firmissima  
statuerat. et puentum pugne in sola ca-  
stigatione carnis et in subiectione sui cor-  
poris collocarat. Ego itaq; sic curro non  
quasi in incertum. Non currit in incer-  
tum. qui celestem hierusalem p̄spiciens  
desitum habet quo sibi cordis sui inde-  
flexibilis sit dirigenda pernicitas. Non  
currit in incertum qui obliuiscens poste-  
riora. ad ea que priora sunt extendit se ad  
desinatum p̄sequens brauium superne  
vocationis dei in christo iesu. quo sp̄ di-  
rigens sue mentis obtutum. et ad eum om-  
ni cordis preparatione festinans. cum fi-  
ducia proclamatur. Bonum agonem cer-

tani. cursum consummavi. fides seruavi  
Et quia se nouerat post odorem vngue-  
torum christi p̄cepti conscientie deuotio-  
ne infatigabiliter cucurrisset. et spiritalis  
agonis certamen carnis castigatione vi-  
cisse. cum fiducia infert et dicit. De cete-  
ro reposita est mihi corona iusticie. qua  
reddet mihi dominus in illa die iustus iudex  
Et vt nobis q̄s similem spem retributio-  
nis aperiret. si in agone cursus istius imita-  
ri eum velimus. adiecit non solum antez  
mihi sed et omnibus qui diligunt aduen-  
tum eius. participes nos coronę sue in  
die iudicij fore pronuncians. si diligentes  
aduentum christi. non illuz t̄m qui etiã  
nolentibus apparebit. sed etiam huc q̄  
quotidie i sanctis comeat aimabus. vi-  
ctoriam certaminis castigatione corpo-  
ris acquiramus. De quo aduentu dominus  
in euangelio. Ego inquit et pater meus ve-  
niemus ad eum. et mansionem apud eum  
faciemus. Et iterum Ecce sto ad ostium et  
pullo. si quis audierit vocem meam et  
aperuerit ianuam. introibo ad illum et ce-  
nabo cum illo. et ipse mecum

**Der quot genera certaminum  
atq; palmarum beatus aposto-  
lus ad coronam sublimissimi  
agonis ascenderit. La. xviii**

**N**ec tamen agonem cursus tan-  
tummodo se consummasse descri-  
bit cum dicit. sic curro non quasi  
in incertum. quod specialiter refertur ad  
intentionem mentis et feruorem spiritus  
sui. quo toto christum sequebat ardore  
cum sponsa decantans. post te in odo-  
re vnguentorum tuorum curremus. et iterum  
adhelit anima mea post te. sed etiam aliud  
colluctationis genus se vicisse testatur di-  
cens. Sic pugno non quasi aerem verberans.  
sed castigo corpus meum et serui-  
tuti subijcio. Quod proprie ad continencie  
dolores et corporale ieiunium atq; affli-  
ctionem carnis pertinet. per hanc se pu-  
gile quendam strenuum sue carnis esse de-  
scribens. nec inuani aduersus eam ier-  
p̄tinencie exercuisse designans. s; triumphum

## De spiritu castrimargie

pugne mortificatione sui corporis acq-  
sisse. quo verberibus continentie castiga-  
to. et ieiuniorum celsibus gloriose. victori spiritus  
immortalitatis coronam et incorruptio-  
nis contulit palmam. **V**ides legitimam  
colluctationis ordinem. et spirituum cer-  
taminum contemplaris euentum. quem ad  
modum athleta christi adeptus de rebel-  
latrice carne victoriam. subiecta illa quo-  
dammodo pedibus suis. ut sublimis trium-  
phator inuebitur. Et idcirco non currit  
in incertum. quia confidebat urbem san-  
ctam hierusalem celestem septimus ingres-  
surum. Sic pugnat ieiunius scilicet et af-  
flictione carnali. non quasi aerem verbe-  
rans. id est in uanum ictus continentie  
perdigens. per quos non aerem vacuum sed  
illos spiritus qui in eo versantur castigatio-  
ne sui corporis verberabat. **Q**ui enim di-  
cit. non quasi aerem verberans. ostendit se  
tam et si non aerem vacuum et inanem.  
aliquos tamen in aere verberare. Et quia  
hec certaminum genera superat. et dita-  
tus multarum coronarum et stipendiis icede-  
bat. non immerito robustiorum incipit ho-  
stium subire luctamina. ac prioribus emu-  
lis triumphatis cum fiducia. proclamatur et di-  
cit. **J**am non nobis est colluctatio aduer-  
sus carnem et sanguinem. sed aduersus  
principatus. aduersus potestates. aduersus mu-  
di rectores tenebrarum harum. contra  
spiritalia nequitie in celestibus.

**A**thlete christi donec in cor-  
pore commoratur pugna non  
desit.

**Cap. xix.**

**A**thlete christi in corpore como-  
ranti nunquam desit colluctatio.  
num palma. sed quantomagis  
triumphorum successibus creuerit. tanto et  
etiam colluctationum robustior ordo suc-  
cedit. Subiugata etenim carne atque de-  
nicta. quante aduersariorum cohortes.  
quanta hostium agmina aduersum victo-  
rem militem christi triumphis eius insti-  
gata consurgunt. seque pacis ocio miles  
christi lentescens incipiat obliuisci collu-  
ctationum suarum gloriosa certamina. ac

securitatis inertia dissolutus. premiorum  
stipendiis ac triumphorum meritis defra-  
uetur. **I**taque si ad hos triumphorum gra-  
dus cupimus crescente virtute conscen-  
dere. eodem nos quod ordine oportet pro-  
rum inire certamina. et primum cum apostolo  
dicere. **S**ic pugno non quasi aerem ver-  
berans. sed castigo corpus meum et fui-  
turi subijcio. ut hoc conflictu superato. rur-  
sus cum eo dicere possimus. **N**on est no-  
bis colluctatio aduersus carnem et san-  
guinem. sed aduersus principatus. aduer-  
sus potestates. aduersus mundi rectores  
tenebrarum harum. contra spiritualia nequ-  
cie in celestibus. **A**lter enim congregari cum  
illis nullo modo poterimus. nec spirituales  
pugnas merebimur experiri. carnali deie-  
cti conflictu. et colluctatione ventris eli-  
si. meritoque nobis ab apostolo cum expro-  
batione dicitur. **T**emptatio vos non ap-  
prehendit nisi humana.

**Q**ui non debeat monachus su-  
mendicari tempus excedere. si  
vult ad pugnas interiorum cer-  
taminum peruenire

**Cap. xx.**

**S**icut monachus ad pugnas  
interiorum certaminum cupiens  
peruenire. hanc in primis cautionem sibi met  
inducat. ut non potius quicquam non elusum  
vel oblectatione delectatus. ante stationem  
legitimam communemque refectionis ho-  
ram. extra mensam percipere sibi met prius  
indulgeat. sed ne refectione quidem trans-  
acta. ex his presumere sibi quantum lumen  
et permittat. similiter quod canonicum som-  
ni tempus mensuramque custodiat. **E**o-  
dem namque studio iste sunt mentis ampu-  
tande lasciuie. quo meretricationis vi-  
tium desecandum. **Q**ui enim gula super-  
fluos appetitus inhibere non potuit. quo-  
modo estus carnalis concupiscentie vale-  
bit extinguere. **E**t qui non quieuit passio-  
nes in periculo sitas paruasque compesce-  
re. quemadmodum occultas. nullorum ho-  
minum teste prurientes. moderatrice di-  
cretionis poterit detellare. **E**t idcirco p

**D**

singulos motus et in quolibet desiderio robur anime comprobatur, que si in minimis apertisq; cupiditatibus superat, quid in maximis ac fortioribus occultisq; sustineat, unicuique sua conscientia testis est.

**De interiori monachi pace et abstinentia spiritali. Cap. xxi.**

**N**on enim est nobis aduersari? extrinsecus formidandus, in nobismetipsis hostis inclusus est. Intestinum nobis quotidie ingerit telum, denictio eo omnia que forinsecus sunt reddentur infirma, ac militi christi vniversa pacata erunt et subdita. Non habebimus aduersarium nobis extrinsecus metuendum, si ea que intra nos sunt spiritui denicta subdant. Nec solum nobis istud ieiunium visibilium ciborum ad perfectionem cordis et corporis puritatem sufficere posse credamus, nisi fuerit huic anime que ieiunium copulatum. Daret namque, et illa suos noxios cibos, quibus impinguata etiam sine escarum abundantia ad luxuriam praecepta deuoluitur. Detractio cibi eius est et quidem persuaasus. Ira etiam cibi eius est licet minime leuis, ad horam tamen infelici eam esu pascens, ac pariter letali sapore prosterbens. Inuidia cibi est mentis virulentis eam succis corrumptens, et prosperitatis aliene successibus iugiter miseram excruciare non desinens. Cenodoxia id est vana gloria cibi eius est, qui delectabilem escam permulcet ad tempus, post vero vacuum omnique virtute spoliata reddet ac nudam cunctis eam spiritalibus fructibus sterilem inanemque dimittens, ita ut non solum immanium laborum faciat merita depere, verum etiam supplicia maiora conquirat. Omnis concupiscentia et puagatio cordis, instabilis pastus quidam est anime, noxijs escis eam nutriens, expertem vero celestis panis ac solidi cibi in posterum derelinquens. Ab his itaque quanta nobis est virtus sacratissimo ieiunio continentes, vtilem habebimus commodamque obler-

uantiam ieiunij corporalis. Labor namque carnalis spiritus contritioni coniunctus, ac ceptissimum deo sacrificium dignumque sanctitatis habitaculum puris mundisq; recessibus exhibebit. Ceterum si corporaliter ieiunantes preciosissimis anime vitijs implicemur, nihil nobis proderit carnalis afflictio preciosiore parte polluta, per easque substantiam delinquentibus nobis qua efficiuntur habitaculum spiritus sancti. Non est tam corruptibilis caro, quam cor mundum habitaculum deo templumque spiritus sancti efficitur. Oportet ergo exteriori homine ieiunante interiori quam similitudinem a cibis noxijs temperare, quem precipue exhiberi mundum deo, ut hospitem in se chalum recipere mereatur, beatus apostolus monet his verbis, interiori inquit homines habitare christum per fidem in cordibus vestris.

**Quidcirco nos oporteat exercere continentiam corporalem, ut ipsam perueniamus ad spirituale ieiunium. Cap. xxii.**

**N**on querimus? itaque nos idcirco laborem continentie corporalis impendere, ut ad puritatem cordis hoc possumus ieiunium peruenire. Ceterum labora nobis impendit incassum, si huic quidem contemplatione finis in fatigabiliter sustentemus, finem vero propter que tolerauimus afflictiones tantas obanere nequeamus, meliusque fuit interdictis escis anime temperasse, quam voluntarijs minusque noxijs corporaliter ieiunasse. In his enim simplex et innoxia creature dei preceptio est, nihil pro semetipsum habes peccati, in illa vero primitus fratris perniciose denotatio, de qua dicit, Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Et de ira atque inuidia beatus iob dicit, Etenim stultum interficit iracundia, et paruulum occidit inuidia. Simulque notandum, quod qui irascitur stultus, et qui inidet paruulus in dicitur. Illenamque non immerito stultus indicatur, voluntarie sibi mortem ire simulis incitatus inducens, et hic dum licet paruulum minoris se probat. Qu-

abq. m. p. p. 22

## De spiritu castrimargie

enim inuidet testatur maiorem esse eum  
cuius prosperitate cruciatur.

**Qualis esse monachi cibus  
debeat**

**Cap. xxij.**

**L**icitur est cibus eligendus non  
tantum qui concupiscentie fla  
grantis estus temper minusq;  
succendat. verum etiā qui ad parādum  
sit facilis. et quē ad coemēdū oportuno  
viliorū precij cōpendiūz prestat. quiq;  
sit conuersationi fratrum vsuq;  
communis. **T**riplex enī natura est castrimargie. **U**na  
que canonicā refectionis horā preueni  
re cōpellit. alia q̄ tantūmodo ventri in  
gluuię et saturitate quarūlibet gaudet  
escarū. tertia que accuratioib; epulis et  
esculatioib; oblectat. **I**doq; aduersus  
eam necesse est monachum obfuantiaz  
triplicem custodire. id est vt primū legiti  
mum tempus absolutionis expectet. de  
inde vt castiget et refrenet desiderij car  
nis. tertio vt qualibuscunq; escis vilio  
ribusq; contentus sit. **Q**uicquid enī extra  
consuetudinem p̄sumitur vsusq; com  
munē vt vanitatis et glorie atq; ostēta  
tiōis morbo pollutū. antiquissima patz  
traditio notat. nec quenq; ex his q̄s me  
rito scientię ac discretionis enituisse per  
uidimus. vel quos ad imitandum ḡtia  
christi velut splēdidissima lumīaria om  
nibus p̄locavit. esu panis qui apud eos  
vilis habetur ac facilis. abstinuisse co  
gnouimus. nec eorū quēpiam q̄ hanc re  
gulam declinantes. pretermissio panis  
vsu. leguminum vel olerum seu pomoz  
refectionem sectati sunt. inter probatissi  
mos habituz aliqñ conspeximus. sed ne  
discretionis quidem aut scientię gratiā  
consecutum. **N**on solum enī ceteras in  
vsitas escas expetere monachum non  
debere decernunt. ne videlicet cursus q̄  
velut in p̄patulo cunctis expositus. ina  
nis factus ac vacuus cenodocię morbo  
depereat. sed ne ipam q̄ ieiunioz casti  
gationem cōmunem cuiq; facile patefie  
ri oportere p̄nunciant. verum quantum  
fieri potest. contegi pariter et abscondi.

**A**duentibus aut̄ fratribus magi hu  
manitatē ac dilectionis offerri debere. **H**  
tutum. quā cōtinentię districtiōem et q̄  
tidiani. p̄positi rigorem manifestari. p̄ba  
bilis censuerūt. nec quid volūtas vti  
litasq; nostra seu desiderij ardor expo  
scat attendere. sed q̄d adueniētis requi  
es vel infirmitas exigit preponere et gra  
tanter implere.

**Quin egypto indifferenter vidi  
mus sub aduentu nostro solui  
quotidiana ieiunia.**

**Cap. xxij.**

**Q**uam de lyne partibus seniorū  
scita discere cupientes egypti  
p̄uinciam petissemus. ibiq; tā  
ta cordis alacritate nos suscipi mirare  
mur. vt nulla p̄sus sicut fueram in pa  
lestine monasterijs instituti vsq; ad p̄sti  
tutam ieiunij horam refectionis regula  
seruaret. sed absq; legitimis quarte sex  
teq; ferię quocunq; pergebamus quoti  
diana statio solueretur. quidam senioz  
percunctantib; nobis. cur ita indifferen  
ter apud eos preterirent quotidiana ie  
iunia. respondit. **I**eiunij semp est mecu  
**V**os aut̄ continuo dimissurus mecu in  
giter tenere non possum. **E**t ieiunij qui  
dem licet vtile sit ac ingiter necessarius.  
tamen voluntarij muneris est oblatio.  
**O**pūs autē charitatis impleri. exigit p̄  
cepti necessitas. **I**taq; suscipiens in vo  
bis christum. reficere eum debet. **D**edu  
cens aut̄ vos humanitatem eius obten  
tu prebitā. districtioze ieiunio in me met  
ipso potero compensare. **N**on enim pos  
sunt filij sponsi ieiunare. donec cum illis  
est sponsus. **C**um autem discesserit. tūc  
illi ieiunabunt.

**De cōtinentia senis qui ita sexi  
es cibuz sumpsit vt seruaret esu  
riem**

**Cap. xxv.**

**Q**uidam seniorum cum reficien  
tem me vt adhuc paululum  
quid ederem hortaretur. iamq;  
me dixissem non posse. respōdit. **E**go iā



## Liber .v.

sexies diuersis aduenientibus fratribus mensam posui. horatq; singulos cum omnibus cibum sumpsi. et adhuc esurio. et tu primitus nunc reficiens. iam te didi non posse.

**De eo senex qui in cella sua escam nunquam solus accepit. Cap. xxvi.**

**Q**uidam alium in solitudine commorantem qui nunquam se sibi soli indulgisse cibum testatus est. sed etiam si per totos quinque dies ad eius cellulam nullus e fratribus aduenisset refectioem ingerit distulisse. donec sabbatorum vel dominico die deuote congregationis obtentu. procedens ad ecclesiam. peregrinorum quempiam reperisset. quem exinde reducere ad cellulam. consoleto eo refectioem corpori non tam sue necessitatis obtentu quam humanitatis gratia causaque fratrum alumeret. Itaque ut norunt in aduentu fratrum indifferenter soluere quotidiana ieiunia. ita discedentibus eis refectioem ob illos indulgentiam continentia maiore compensant. perceptionem cibi paruissimi acriore castigatione non sola panis sed etiam somni ipsius diminutione durius exigentes.

**Quid sit fructus studii professi sint abbas pelius et iohannes.**

**A**d idem senem per **Cap. xxvii.** huius in heremo vastissima commorantem. cum senex iohannes magno cenobio ac multitudini fratrum prepositus aduenisset. et ab eo velut antiquissimo sodale perquireret. quidnam per oes quadraginta annos quibus ab eodem separatatus in solitudine minime a fratribus interpellatus egisset. nunquam me ait sol reficientem vidit. et ille. nec me inquit iratum.

**Quam exempli sui professionem abbas iohannes discipulis reliquerit discessurus. Cap. xxviii.**

**E**andem senem cum alacrem tanquam ad propria transmigrantem. in extremo iam anhelitu positum anxij fratres circumvallantes suppliciter precarentur. ut aliquid eis memoriale mandatum velut hereditarium quoddam lega-

tum relinqueret. per quod possent ad perfectionis culmen precepti compendio facilius peruenire. ingemiscens ille. nunquam ait meam feci voluntatem. nec quemquam docui quod per ipsum non feci.

**De abbate machete inter collationes spirituales nunquam dormitate et semper inter terrenas fabulas obdormiente. Cap. xxix.**

**V**idimus senem machete nomine a turbis fratrum eminentem commorantem. hanc domino gratiam diuturnis precibus impetrasse. ut quot diebus ac noctibus agitarer collatio spiritualis. nunquam somni torpore penitus laxaretur. Si quis vero detractionis verbum seu ociosum temptasset inferre. in somnum protinus concidebat. ac sic ne usque ad aurium quidem eius pollutionem virus obloquij poterat peruenire.

**Eiusdem senis de nemine iudicando. Cap. xxx.**

**H**ic idem senex cum isitueret nos neminem diiudicare debere. intulit tria fuisse in quibus discerneret vel reprehenderet fratres. quod scilicet vnam sibi nonnulli paterentur abscedi. quod haberet in cella sagum. quod oleum benedictum exposcituribus secularibus daret. et hec omnia se incurrisse dicebat. Nam egritudine vix contrahens. tam diu inquit eius languore distabui. donec tam dolor necessitate quam seniorum omnium adhortatione compellus abscedi eam permittere. Cuius etiam infirmitatis obtentu sagum quod hinc coactus sum. Oleum etiam benedicere ac supplicantibus dare. quod pro omnibus exacerbar. utpote iudicans illud ex magna cordis presumptione descendere. circumdantibus me repente secularibus multis. ita constrictus sum. ut aliter eos nullatenus enadere possem. nisi a me summa vi et obtestationibus extorsissent. ut oblato ab eis vasculo manum meam impresso crucis signaculo supponerem. itaque se credentes benedictionis oleum consecratos. tandem me aliquando relaxarunt. Quibus in

## De spiritu castrimargie

manifeste compertum est. isdem causis ac vicis monachum obligari in quibus de alijs iudicare presumpserit. Oportet ergo vnumquęq; semetipm iudicare tantummodo. & circumspecte cauteq; custodi rein omnib; . nō alioz conuersationem vitamq; discutere. scđm illđ apli preceptum. Tu autē quid iudicas fratē tuū: suo dño stat aut cadit. Et nolite iudicare ante tempus. Et illud. Nolite iudicare vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis: iudicabimini. Preter hanc enī quam diximus causam etiam ob hoc iudicare de alijs periculosum est. quod ignorantēs vel necessitatem vel rationes qua illi hec in quibus offendim? aut recte coram deo aut venialiter agūt. inuenimur eos temere iudicasse. et per hoc admittimus non leue peccatū. secus qđ oportet de fratribus nostris aliqd sentientes.

### Increpatio eiusdem senis cum fratribus inter spirituales collationes dormitantes ad narratione ociose fabule vidisset expergefactos

**I**dem senex ociosarum fabularum diabolus esse fauorez. ac spiritualium collationum impugnatorem semper exister. his declarauit indicijs. Nam cum fratrib; quibusdam de reb; necessarijs ac spiritualib; disputaret. eosq; videret letto quodam sopore demergi. nec posse ab oculis suis pedus somni depellere. ociosam repente fabulam introduxit. Ad cuius oblectationem cum eos enigilasse confecti atq; erectas aures suas habere vidisset. ingemiscens ait. Nunc vsq; dñ de spiritualibus loquebamur. oim vestru oculi letali dormitione depmebantur. at cum ociosa fabula intromissa est. omnes expergefacti: porrem somni dominantij excussumus. Vel ex hoc ergo perpendite quisiaz collationis illius spiritualis fuerit impugnatō: aut quis huius infructuose atq; carnalis insinuator existat. Ille etenim esse

manifestissime deprehendit. qui malis ad gaudens vel istaz fouere vel illam impugnare nō desinit

### De epistolis priusq; legeretur incensis

**N**ec minus qđ hoc opus fratris erga puritatem sui cordis intenti. & erga contemplationem diuinam valde solliciti. cōmemorari necessarium reor. qui cū ei post annos quidem patris ac matris amicorūq; multorum de puincia ponti complures epistolę delate fuissent. accipiens grandē fasciculum literarū. diuq; apud semetipsum voluens. quantaz inquit cogitationuz causa erit mihi hāz lectio. quę me vlad inane gaudium vel ad tristitias infructuosas impellēt. quot dieb; horū recordatione qui scripserunt intentionē pectoris mei a pposita cōtemplatione reuocabūt.

Post quantum tempus digerenda ē hū mentis concepta confusio. quantoq; labore rursus iste tranquillitatis reparandus est status. si semel animus literaruz permotus affectu. eorumq; recensendo sermones ac vultus quos tanto tempore dereliquit. iterum eos renifere. ipsiq; cobabitare & animo ac mente ceperit intetesse. Quos profecto corporaliter deseruisse nihil pderit. si corde eos incipiat intueri. ac memoriaz quā seculo huic renuncians quisq; velut mortuus abdicauit. reuiscens eandem rursus admiserit. Hec voluens in corde suo. nō solū nullam resolvere epistolam desinuit. s; ne ipm quidem fasciculum resignare. nec eorum qui scripserant vel nomina recensendo vel vultus recordando a spiritus sui intentione cessaret. Itaq; vt euz constrictum suscepit. igni tradidit cōburendum. Itē inqđs cogitationes patrie pariter concremami. ne me vlti ad illa que fugi reuocare temptetis.

### De absolute questionis quam abbas theodorus orando promeruit

Cap. xxxiiij.

D. 3

**V**idimus etiā abbatē theodorū  
 summa scititate et perfecta sciētia p-  
 ditū nō solū in actuali vita. s; et  
 etiā noticia scripturaz. quā ei non tam  
 studiū lectionis vel literatura mūdi cō-  
 tulerat. q̄ sola puritas cordis. si quēdem  
 vix ipius q̄ grece lingue per pauca ver-  
 ba vel intelligere posset vel proloqui. Sic  
 cum explanationem cuiusdam obscuri  
 sine questionis inquireret. septē diebo  
 ac noctibus in oratione infatigabilis p-  
 stitit. donec solutionem ppositę questio-  
 nis dño reuelante cognosceret.

**De sententia eiusdem senis q̄  
 docuit quo studio monachus  
 possit assequi sciētia scriptura-  
 rum.** Cap. xxxiiij.

**H**ic q̄ bñsdā fr̄ibus admiran-  
 tibustam p̄clarū sciētię ei-  
 lumen. et ab eodem quosdam  
 scripturarū sensus inquirentib;. ait. mo-  
 nachū ad scripturarū noticiam p̄tigere  
 cupiētem. nequa q̄ veterē labores suos  
 erga cōmentariorum libros impendere.  
 sed potius omnem mentis industriam et  
 intentionem cordis erga emēdationem  
 viciorum carnaliū detinere. Quibus ex-  
 pulsis cōfessim cordis oculi sublato ve-  
 lamine passionū sacramenta scriptura-  
 rum velut naturalit̄ incipient p̄templa-  
 ri. Siquidez nobis nō vt essent incogni-  
 ta vel obscura sancti spūs gratia p̄mul-  
 gata sunt. sed nō vicio velamine pecca-  
 torum cordis oculos obnubenter eddā-  
 tur obscura. quib; rursus naturali red-  
 ditis sanitati. ipsa scripturarū sanctarū  
 lectio ad contemplationem verę sciētię  
 abunde etiam sola sufficiat. nec eos cō-  
 mentariorū institutionibus indigere. si-  
 cut oculi isti carnales ad videndum nul-  
 lus egent doctrina. si modo fuerint a suf-  
 fusione vel caligine cecitatis immunes.  
 Tōnāq; et tāta varietas errorēsq; inter-  
 tractatores ipos exorti sūt. q̄ pleriq; mi-  
 nime erga purgationē mēis adhibita di-  
 ligentia. p̄siliētes ad interpretandū eas  
 pro pinguedine vel immundicia cordis

sui diuersa atq; contraria vel fidei vel si-  
 bimet sentientes. veritatis lumen com-  
 prehendere nequiverunt

**Increpatio eiusdem senis cū  
 ad meam cellulam media nocte  
 venisset** Cap. xxxv.

**H**ic idē theodorū cū inopinatus  
 ad meā cellulā itēpēta nocte  
 venisset. q̄dnaz rudis adhuc  
 anachoreta sol⁹ agere paterna curiosita-  
 te latenter explorās. meq; ilico finita vel  
 p̄tina solennitate incipientem sessum  
 corpus iam reficere et incubantem psia-  
 thio reperiss; p̄trahēs imo corde suspi-  
 ria. meo q̄me vocitās noīe. quanti inqt  
 o iohes hora hac deo colloquū. cum q̄s  
 in semetip̄is amplectuntur ac retinent. et  
 tu fraudaris tanto lumine inerti sopore  
 resolut⁹. Et quoniā nos ad huiuscemo-  
 di narrationem diuertere patrū virtutes  
 et gratia puocarunt. necessariū reor me  
 morabile opus charitatis quā sumi vi-  
 ri archiep̄ij humanitate sumus experti. i  
 hoc volumine cōmendare. quo puritas  
 continentis operi charitatis inserta pro-  
 pensius enitescat pulchra varietate disti-  
 cta. Etenim tūc gratum deo ieiunij mu-  
 nus efficitur. cum hoc fructib; charitatis  
 fuerit consummatum.

**Descriptio heremi que est in di-  
 olco in qua anachorete commo-  
 rantur.** Cap. xxxvi.

**I**taq; cū de palestine mōaste-  
 rijs ad opidum egypti qd̄ di-  
 olcos appellatur. rudes ad  
 huc venissemus. ibiq; plurimam turbā  
 cenobij disciplina cōstrictam. et optimo  
 ordine monachorum qui etiam primus  
 est institutam mirifice videremus. aliuq;  
 quoq; ordinem qui excellētor habetur  
 id est anachoretarum. cunctorum p̄cco-  
 nijs insigati sagacissimo corde videre  
 properauimus. Hi nanq; in cenobijs  
 primum diuissime commorantes. omī  
 patientię ac discretionis regula diligen-  
 ter edocti. et humilitatis pariter ac nuditi-  
 tadē virtute possessa. atq; ad purę viciorū

## De spiritu castrimargie

uniuersitate consumpta. dirissimis des-  
monum prelijs congressuri. penetrat be-  
remi profunda secreta. Huius igitur p-  
positi viros comperientes citra nili flu-  
minis alueuz commorari in loco q̄ vno  
latere eodem flumine. alio maris vasti  
tate circūdatus insulam reddit. nullis  
alijs q̄ monachis secreta expectentibz ha-  
bitabilem. nec enim cuiq̄ culture aptaz  
esse eam salitas soli ac sterilitas patitur  
arenaruz. ad hos inq̄ summo desiderio  
festinantes vltra modū sumus labores  
eorū quos contemplatione virtutum et  
amore solitudinis tolerat admirati. Naz  
ipius aque tanta penuria cōstringunt.  
vt tali eam diligentia scrupuloq̄ dispē-  
sent. quali nemo frugalissimozū speciem  
preciosissimi vini cōseruat et parcat. Tri-  
bus nanq̄ milibus vleo amplius eā de  
predicti fluminis alueo necessarijs vli-  
bus aduehunt. qd̄ tam interuallum ha-  
renosis diuisum montibz. laboris diffi-  
cultate grauissima duplicatur.

### De traditis nobis ab abbate archebio cum instructu suo cel- lis.

**Lap. xxxvij.**  
**H**is igitur visis cum imitationis  
eorū nos ardor accenderet. pre-  
dict⁹ q̄ archebius pbatissimus  
inter eos humanitatē gratia nos ad suā  
cellulam peraxisset. explorato desiderio  
nostro confinxit se de eodē loco velle dis-  
cedere. ac nobis cellulam suā velut exin-  
te migraturus offerre. sese id facturum  
etiā si nūme affuissem⁹ affirmās. Quā-  
rem nos et desiderio cōmoratiōis accēsi.  
et assertionibus tanti viri indubitātā ac  
cōmodantes fidem libenter amplexi. cel-  
lulam euz omni supellectili vtensilibz q̄  
suscepimus. Itaq̄ religiosa potitus cir-  
cūuentione. paucis diebz quibz constru-  
endę celle pararet impendia de loco dis-  
cedens. reuersus post hec aliam sibi sum-  
mo labore cōstruxit. Quam rursum nō  
longo post tempore alijs supuenientibz

fratribz. eodēq̄ desiderio cupientibz ibi-  
dem cōmorari. simili charitatis menda-  
cio circūuentis. cum vniuerso tradidit i-  
strumento. Ipe vero erga opus charita-  
tis infatigabilis p̄seuerans. tertiam sibi  
cellulam in qua cōmaneret extraxit.

### De debito quod abbas arche- bius manuum suarū labore p- matre dissoluit.

**Lap. xxxviij.**

**O** pere precium mihi videt aliis  
q̄ eiusdem viri charitatē opus.  
memorie tradere. quo nostrarū  
partium monachi non solum continētē  
rigorem. verum etiam sincerissimum rei-  
nere dilectionis affectū. vnius eiusdēq̄  
viri instituantur exemplo. Hic nāq̄ nō  
ignobili oriundus familia. ad monaste-  
rium quod a predicto opido ferme qua-  
tuor milibus distat. mundi huius ac pa-  
rentum affectione contempta. a puerili-  
bus annis aufugit. Ubi ita vitę suę om-  
nem exegit etatem. vt nunq̄ prius per  
totos quinquaginta annos non solum  
vicum ex quo egressus est. nec fuerit in-  
gressus. nec viderit. sed ne cuiusq̄ q̄dem  
femine vel ipius matris suę conspex-  
rit vultum. Interea pater morte preuen-  
tus. centum solidozū debitum reliquit.  
Cūq̄ hic esset omni inquietudine peni-  
tus alienus. vtpote qui vniuersis pater-  
nis facultatibus esset extorris. a credito-  
ribz tamen inquietari vebemēter com-  
perit matrem. Tunc hic ab euangelico il-  
lo rigore quo ante hac in statu prospero  
parentibus constitutus. nec patrē in ter-  
ra se nozat habuisse. nec matrem. pieta-  
tis consideratione mollitus. ita se habe-  
re credidit matrem. eiq̄ subuenire fe-  
stinavit oppresse. vt nihil a propolita di-  
strictione laxaret. Intra monasterij nan-  
q̄ claustra perdurans. soliti operis pen-  
sum sibi met triplicari poposcit. Et ibi p-  
totum anni spacium diebz pariter no-  
ctibzq̄ desudans. debiti modum ope-  
ris sudore partim creditoribus soluens

matrem omni inquietudinis iniuria liberavit ita eruens eam debiti sarcina. ut nihil de proposito rigore pie necessitatis obtentu pateretur imminui. Ita distributionem solitam custodiuit. ut nequaquam pietatis opus maternis visceribus denegaret. et quia pro christi charitate plus desuperat. pro eius rursus pietate cogno sceret.

**De qua simulatione cuiusdam senis abbati Simeoni cum ociosus esset opus manuum sit pro uisum**

**Cap. xxxix**

**Q**uam frater nobis optime carissime nomine Simeon. penitus greci sermonis ignarus. e partibus italicie commecasset. quidam senior. erga eum utpote peregrinum charitatis opus. quodam redhibitionis colore cupiens exhibere. inquit ab eo. cur ociosus sederet cella. per hoc coniciens eum tam ocij peruatione quam penuria necessarium rebus diutius in ea durare non posse. certus neminem posse impugnationes solitudinis tolerare. nisi cum qui propriis manibus victus sibi met fuerit parare contentus. Quore spondente nihil se nec nosse nec proquale. re ex his que illic exercebantur a fratibus operari preter librariam manum. si tamen ullus in egypti regione latinum codice usui esset habiturus. tunc ille tandem nactus occasionem qua posset desideratum pietatis opus. velut debiti colore mercari. ex deo hinc inuenta est inquit occasio. Nam olim querebas qui a postolus latia tibi manum prescriberet. Etenim habeo fratrem milite laqueis obligatum. et appum latinis instructum. cui de scripturis sanctis aliquid ad legendum edificationis eius obtentu transmittere cupio. Itaque Simeone hanc occasionem velut a deo oblatam sibi gratanter suscipiente. senex quam colorem sub cuius preceptu pietatis opus libere posset implere. libenter amplexus. confestim non solum uniuersas eius necessitates sub obtentu mercedum totum an-

ni conuexit. verum etiam membranas et utensilia que ad scribendum necessaria erant com portans. recepit post codicem scriptum nullis visibus vel comodis profuturum. quippe uniuersis in illa regione noticia lingue huius penitus ignarus. preter id quod hac subtilitate sumptus prolixiore mercatus est. quemadmodum et ille sine confusionis verecundia. merito laboris et operis sui necessaria victus alimentata perciperet. et ipse munificentie sue pietatem tanquam debiti necessitate completeret. eo abundantius mercedem sibi conquirens. quo ambitu maiore peregrino fratri non solum victus necessaria. verum etiam operis instrumenta et operandi occasionem pariter contulisset.

**De pueris qui deferentes ad egrotantem ficus non degustatis eiusdem fame in heremo deserunt.**

**Cap. xl**

**E**d quonia in loco ubi de ieiuniorum et continentie rigore dicere aliquid proposuimus. affectio et opera charitatis videtur admixta. rursus ad propositum reuertentes quoddam puerorum etate non sensu factum memorabile opusculo huic inseremus. Nam cum ultra omnem admirationem ficus quidam de amareote sibi partibus uelut rem ante in loco non visam abbati Johanni economo in heremo scythie contulisset. qui dispensationem ipsius ecclesie propter beati paschij presbiteri ab eodem sibi creditam gubernabat. hic confessus cas ad senem quemdam qui in interioribus deserti mala valitudine laborabat per duos adolescentulos misit. Siquidem decem et octo milibus longe ab ecclesia commanebat. Qui pomis acceptis. cum ad predicti senis tenderent cellam. quod ibi pro facile solet etiam senioribus euenire. infusa repente densissima nebula tramitem recti itineris perdidit. Quibus tota die et nocte discurrentes per aniam heremi vastata

## Capitula

tem. nequa q̄ potuissent egrotantē cellu-  
lam reperire tam itineris lassitudine q̄  
inedia sitiq̄ confecti. fixis genibus ī ora-  
tiōis officio sp̄m dño reddiderūt. Qui  
post hęc vestigiōz suozum indicijs diu-  
tissime perquisiti. que in locis illis hare-  
nolis tanq̄ niuibz impressa signātur.  
donec ea velleui ventoz flatu tenuis ha-  
rena discurrrens rursus operiat. inuenti  
sunt ficus intactas vt acceperant refer-  
uasse. eligentes sc̄z animam magis q̄ fi-  
dem depositi p̄dere. vitamq̄ potius a-  
mittere temporalem q̄ senioris violare  
mandatum

**S**ententia abbatis macharij  
de obseruantia monachi vel ta-  
q̄ diuissime victuri vel tanq̄  
quotidie morituri

Cap. xli.

**A**dhuc vnum beati macharij p̄-  
fertur nobis salutare manda-  
tum. vt libellum ieiunioz 7 con-  
tinentie tanti viri claudat sentētia. Ita  
inquit debere monachuz ieiunijs operā  
dare vt centum annis in corpore cōmo-  
raturuz. ita motus animi refrenare. 7 in-  
iuriarum obliuisci. tristitiaq̄ respuere.  
dolores quoq̄ ac detrimenta contemne-  
re tanq̄ quotidie moriturum. In illo nā  
q̄ vtilis est prudensq̄ discretio. eq̄li mo-  
nachum districtione faciens semper īce-  
dere. nec permittens sub occasione debi-  
litati corporis de arduis ad perniciosissi-  
ma p̄rupta deuolui. in hoc vero magna  
nimitas salutaris. que valeat non solu 7  
que videntur prospera mundi presentis  
despicere. verum etiā aduersis tristibzq̄  
non frangi. 7 ea velut parua nullaq̄ cō-  
temnere. illic habens iugiter fixum iugē  
mentis intuituz. quo quotidie singulq̄  
momentis accersendum esse se credit.

**E**xPLICIT de spiritu castitatis  
liber quintus.

**I**ncipiūt capitula libri sexti  
de spiritu fornicationis.

- R**oemium  
ij De principali correctione  
adūsus spiritum fornicatiōis.  
iij Quantum ad supandum forni-  
cationis vitium remedij conse-  
rat continentie solitudo.  
iiij Quid intersit inter continentiaz  
7 castitatem. 7 an vtraq̄ simul  
semper habeatur  
v Q̄ impugnatō fornicationis so-  
lo humano studio non possit  
vinci  
vi De peculiari gratia ī munere ca-  
stitatis  
vij Exemplum de agone mundiali  
sc̄m sermonem apostoli.  
viij De comparatione purificatiōis  
eorum qui in terreno agone cer-  
tamen habituri sunt  
ix Quantam semper cordis purita-  
tem parare dei oculis debeam⁹  
x Quod sit indicium p̄fecte et inte-  
gre puritatis  
xi Quo vicio illusio nocturna pro-  
cedat  
xij De carnis puritas sine mundicia  
cordis nequeat obtineri.  
xiiij Que sit purgationis carnalis  
prima custodia  
xiiij Non laudem studeamus tere-  
re castitatis sed effectum ei⁹ ex-  
ponere  
xv De specialiter castitatis virtus ab  
apostolo sanctimonia nuncu-  
petur.  
xvi De alio apostoli testimonio sup  
eadem sanctimonia  
xviij De spes sublimioris premij. de-  
bet at custodiam castitatis augere  
xviij De sicut absq̄ humilitate castitas  
obtineri non potest. ita sine ca-  
stitatis scientia  
xix Sententia sancti Basilij episco-  
pi de qualitate virginitatē suę.

cap. 8. dicitur qd id populum ad id se gressus id deo dicitur.

# Liber VI.

- xx Qui finis vere integritatis ac puritatis sit.
- xxi Quemadmodum perfecte puritatis statum retinere possimus
- xxij Usq; ad quem modum possit integritas corporis nostri perducī, vel quod indicium sit ad purum mentis excocte.
- xxij Remedia curationis quibus perfecta possit cordis et corporis nostri puritas permanere.

## Explicunt capitula

### Incipit liber sextus de spiritu fornicationis.

#### Cap. primum.

semper ad purum

**S**ecundū nob certamen est traditione patrum adūs spūm fornicationis. longum p̄ ceteris ac diuturnū. 7 ppau-  
 cis ad purum deuictum immane bellū. 7 qd cum a primo tempore pubertatis impugnare incipiat hominū genus. nō nisi prius cetera vicia supentur extinguitur.  
 Duplex nanq; est oppugnatio gemino armata virus confurgens ad preliū. et idcirco similiter ei gemina est acie resistendum. Siquidem vt morbo carnis atq; cōcretū vires acqrit. ita nisi vtrisq; pariter dimicantib; nequit debellari. Nec enim sufficit solum corporale ieiunium ad conquirendam vel possidendā pfecte castimonie puritatē. nisi p̄cesserit contritio spūs 7 oratio cōtra hunc immundissimum spūm pseuerans. dein continuata meditatio scripturarū. huicq; fuerit scientia spiritalis adiuncta. labor etiam opusq; manuum instabiles cordis puationes coercens ac reuocās. 7 añ omnia fundata fuerit humilitas vera. sine qua nullius penitus vicij poterit vnq;

### triumphus acquiri. De principali correctione aduersus spūm fornicationis

#### Cap. ij.

**P** Rincipaler enim vicij huius correctio de cordis perfectione descendit. ex quo etiā huius morbi virus domini voce prodire signatur. De corde inquit exeunt cogitationes male homicidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia &c. Illud ergo est p̄mitus expiandum. vnde fons vite 7 mortis manare cognoscitur. dicente Salomone. **O**mni custodia serua cor tuum. Ex his enim sunt exitus vite. Caro enim eius arbitrio atq; imperio famulatur. 7 idcirco summo studio parsimonia. ieiuniorum sectanda est. ne escarum abundantia resecta caro. preceptis anime salutari bus aduersata. rectorem suum spirituz deiciat insolescens. Ceterum si omnem summam in castigatione tantū corporis collocemus. anima non similiter a ceteris vicijs ieiunāte. nec meditatione diuina et spiritalibus studijs occupata. neq; ad illud sublimissimū vere integritatis fastigium poterimus ascendere. illo quod in nobis est principale. puritatez corporis nostri infestante. Oportet ergo nos mundare prius iuxta sententiam domini. id quod intus est calicis 7 parabdis. vt fiat 7 id quod de foris est mundum.

### Quantum ad supandum fornicationis vitium remedij cōferat continentie solitudo

#### Cap. iij.

**O** ENIq; cetera vicia etiā vsu hominum 7 exercitio quotidiana purgari solent. et quodammodo ipsius lapsus offensione curari. vt putare. tristitie. impatientie languor. meditatione cordis ac perugili sollicitudine fratrum etiam frequentia et assidua pro uocatione sanantur. Dumq; commota manifestantur sepius et crebrius arguuntur. quantocius perueniunt ad salutem. Sic vero morbus. cum corporis

## De spiritu fornicationis

afflictione et contritione cordis. solitudi-  
ne quoque ac remotione indiget. ut possit  
ad integrum sanitatis statum pernicio-  
sa estuum febri deponita peruenire. Sic  
plerumque certa egritudine laborantibus  
vtilis est. ut cibi noxij ne oculorum quidem  
iporum obtutibus offerantur. ne quod  
aspectus occasione desiderium eis leta-  
le gignatur. ita plurimum confert ad de-  
pellendum hunc specialiter morbum qui  
es ac solitudo. ut mens egra minime di-  
uersis figuris interpellata ad puriorem  
pueniens contemplationis intuitum. fa-  
cilius pestiferum concupiscentie fomitem  
radicitus possit eruere.

**Quid intersit inter castitatem  
et continentiam. et an utraq; simul  
semper habeatur** Cap. iiii.

**N**emo tamen ex hoc negare nos-  
putet. etiam in congregatione  
fratrum positos inueniri continen-  
tes. quod per facile fieri posse confitemur.  
Aliud enim est continetum esse. id est eu-  
kratam. aliud castum. et ut ita dicam in  
affectum integritatis vel incorruptio-  
nis transire. quod dicitur a con. Que virtus  
illius sol tribuitur maxime qui virgines vel  
mente vel carne perdurant. ut uterque io-  
hannes in nouo testamento. in veteri quoque  
helias hieremias daniel fuisse noscuntur.  
In quorum gradu hi quoque non immerito re-  
putabuntur. qui post experimenta corru-  
ptionis ad similem puritatis statum per la-  
borem longum et industriam integra-  
te mentis et corporis peruenierunt. et acu-  
leos carnis non tam impugnatione con-  
cupiscentie turpis quam nature tantummodo  
motu sentiunt. Que statum dicimus diffi-  
cillime posse inter hominum turbas app-  
bendi. utque vero et hoc possibile sit vnus-  
quisque non nostra sententia expectet agno-  
scere. sed conscientie sue rimet examine.  
Ceterum continetes multos existere non  
dubitamus. qui impugnatione carnis.  
quam vel raro vel quotidie sustinent. seu  
metu gehenne seu desiderio regni celorum  
extinguunt atque compescunt. Quos senio-

res sicut pronunciant posse non penitus  
incentiuis obrui vitiorum. ita securos et  
in sauciatos semper existere non posse de-  
finiunt. Necessesse est enim vnumquemque  
in colluctatione positum. quous frequen-  
ter aduersarium vincat ac superet. et ipm  
tamen aliquando turbari.

**Impugnatio fornicationis  
solo humano studio non possit  
euinci.** Cap. v.

**Q**uia propter si nobis cordi est. ago-  
nem spiritalem cum apostolo legiti-  
me decertare. hunc immundissi-  
mum spiritum superare. omni mentis intentione.  
non nostris viribus confidentes. hoc etiam  
industria humana perficere non potest.  
sed opitulatione domini festinemus. Tandem  
namque hoc vicio aiam necesse est impug-  
ri. donec se bellum gerere supra vires suas  
agnoscat. nec labore vel studio proprio vi-  
ctoriam obtinere se posse. nisi domini fuerit  
auxilio ac protectione suffulta.

**De peculiari gratia in munere  
castitatis.**

Cap. vi.

**E**t reuera cum in omnibus vir-  
tutum profectibus. et cuncto-  
rum expugnatione vitiorum. domi-  
ni sit gratia atque victoria. in hoc precipue  
peculiare beneficium dei ac speciale do-  
num. et patrum sententia et experimento  
purgationis ipsius manifestissime decla-  
ratur his. qui eam meruerint possidere.  
Quodammodo enim exire de carne est. in  
corpore commorantem. et ultra naturam est  
fragili carne circumdatum. carnis aculeos  
non sentire. Et idcirco impossibile est ho-  
minem suis (ut ita dixerim) pennis ad  
tam precesum celestem premium subuo-  
lare. nisi eius gratia domini de terre ceno-  
munere eduxerit castitatis. Nulla etenim  
virtute tam proprie carnales homines spiri-  
talibus angelis imitatione conuersatio-  
nis equantur. quam merito et gratia casti-  
tatis. per quam adhuc in terra regentes  
habent secundum apostolum municipatum in celis. quod  
deponita corruptela carnali habituros



sanctos pmitit in futurum. biciam in carne fragili possidentes

**Exemplum de agone mundiali scdm sermonē apostoli. L. vii.**

**A**di quid dicat apostolus. Omnis qui in agone contendit: ab omnibus se abstinere. A quibus omnibus dixerit inquiramus. ut possit nobis spiritalis agonis instructio. In hac agone visibili student legitime decertare. utendi omnibus escis quas desiderij libido suggererit non habent facultatem. sed illicitam quas eorum certaminum statuit disciplina. Et non solum interdictis escis et ebrietate omnino et crapula eos necesse est abstinere. verum etiam cuncta inertia et ocio atque desidia. ut quotidianis exercitiis iugiter meditatione virtus eorum possit accrescere. Et ita omni sollicitudine ac tristitia negotiorum secularium affectu etiam et opere coniugali efficiuntur alieni. ut preter exercitium discipline nihil aliud noverint. nec ulli mundiali cure penitent implicentur. ab eo tantum qui certamini presidet sperantes quotidiani victorie substantiam. et coronę glorię condigna que premia victorie laude conquirere. Atque intantum se mundos ab omni coitum pollutione custodiunt. ut cum se preparant ad agonum certamina. ne qua forsitan per somnum nocturna veluti fallacia. vires minuant multo tempore perquisitas. lami nis plumbis renum contegant loca. que seculi metalli rigore genitalibus membris applicito. obscenos humores valeant inhibere. intelligentes se proculdubio esse vincendos. nec iam posse propositum certamen adempti viribus adimplere. si puram pudicitie soliditatem fallax noxie voluptatis imago corruerit.

**De compatione purificationis eorum qui in terreno agone certamen habituri sunt.**

**Cap. vii.**

**I**taque si agonis mundialis intelleximus disciplinam. cuius ex

emplo beatus apostolus nos voluit erudire. docet quanta in illa sit observatio. quanta diligentia. quanta custodia. quod nos conveniet facere. qua puritate oportebit custodire nostri corporis atque anime castitatem. que necesse est quotidie sacrosanctis agni carnibus vesci. quas neque immundum contingere etiam veteris legis precepta permittunt. In leuitico namque ita precipitur. Omnis mundus manducabit carnes. Et anima quecumque comederit de carnibus sacrificij salutaris quod est domini. in qua est immundicia. prohibetur coram domino. Quantum igitur integritatis est munus. sine qua etiam illi qui erant sub veteri testamento. sacrificij typicis non poterant interesse. et qui huius mundi corruptibilem coronam cupiunt adipisci nequeunt coronari.

**Quantam spiritus cordis puritatem parare dei oculis debeamus.**

**Cap. ix.**

**I**taque omni custodia cordis nostri sunt latebre primitus expiande. Quod enim illi in corporis puritate cupiunt assequi. nos debemus etiam in archanis conscientie possidere. in qua dominus arbiter atque agonistea residens. pugnam cursus et certaminis nostri iugiter expectat. ut ea que in propatulo horremus admittere. ne intrinsecus quidem coalescere incauta cogitatione patiamur. et in quibus humana cognitione confundimur. ne occulta quidem contententia polluamur. Que licet possit hominum preterire noticiam. sanctorum tamen angelorum ipsiusque omnipotentis dei sciam quam nulla subterfugit secreta latere non potest.

**Quod sit indicium perfecte et integre puritatis.**

**Cap. x.**

**C**uius puritatis hoc erit evidens indicium ac plena probatio. si vel nulla imago illicita quiescentibus nobis et in soporem laxatis occurrat. vel certe impellat nullos concupiscentis motus valeat excitare. Licet enim ad plenam

## De spiritu fornicationis

pecti noxā tal' cōmotio nīme cōputet. tñ  
nec dum perfecte mentis indicium est.  
nec ad purū excocti vicij manifestatio.  
cū per fallaces imagines huiusmodi ope-  
ratur illusio.

**¶ Quo vicio illusio nocturna p-  
cedat.**

**Cap. xi.**

**¶** Qualitas enī cogitationū q̄ dif-  
tentionibus diei negligentius  
custoditur. pbatur quiete noct-  
na. Et idcirco cum intercesserit aliq̄ talis  
illusio. nō culpa somni credenda est. sed  
negligētia t̄p̄is p̄cedentē. 2 manifestatio  
morbi latentē intrinsecus. quē nō primi-  
tus noctis hora parturijt. s; intimis ani-  
me reconditū fibris ad cutis superficiez  
somnia refectione. p̄duxit. arguēs oculi  
tas estuum febres quas p̄ totūz diei spa-  
cium noxijs cogitationibus passi p̄traxi-  
mus. vt solent male q̄z valitudines cor-  
porūz nō ea colligi tempestate q̄ vident  
emergere. sed negligētia sunt p̄teriti tem-  
poris acquisite. quo passus q̄s impudē-  
ter efcis saluti contrarijs noxijs humo-  
res sibi met letalesq; contraxit.

**¶ Carnis puritas sine mundi-  
cia cordis nequeat obtineri.**

**¶** Deoq; humani **Cap. xij.**  
generis creator 7 conditor dē.  
opificij sui naturā p̄re omnibz  
emendationemq; cognoscens. illuc cu-  
ram adhibuit medicine vñ causas mor-  
bi p̄ncipalit' nouerat emanare. quicūq;  
inquiens viderit mulierē ad p̄cupiscen-  
dum eā. iam mechat? est eā in corde suo  
p̄tulantē oculos notās. nō tam eos  
arguit q̄ illū interiorē sensum. q̄ officio  
eorū male vtitur ad videndū. Cor nāq;  
est egrum 7 sauciū libidinis telo q̄ ad  
concupiscendū videt bñficiū intuit?  
recte sibi met a creatore cōcessum suo vi-  
cio ad operū p̄rauoꝝ ministeria contor-  
quens. 7 in semetip̄o recōditū p̄cupiscē-  
tie morbū contemplationis occasiōe p̄-  
ducens. Idcirco huic precipitur salu-  
tare mandatū. cuius vicio pessim? lan-  
guoz visus occasione. p̄cedit. Nō enim

dicit. omni custodia serua oculos tuos.  
quos vtiq; oportuit p̄ncipalit' custodiri  
si ex ip̄is concupiscētijs. p̄diret affectus.  
nihil enī amplius oculi q̄ simplex aīme  
p̄trent visionis officiū. s; dicit. oī custo-  
dia serua cor tuū. illi potissimū imposita  
medicia quod vbiq; abuti potest ad vi-  
tendam oculorum ministerio.

**¶ Que sit purgationis carnalis  
prima custodia.**

**Cap. xij.**

**¶** Ec enī igit purgatiōis h? p̄ia  
custodia. vt cū menti n̄re mēo  
ria secus feminei p̄ subtilē sug-  
gestionem diabolice calliditatis obreple-  
rit. p̄mum recordatione p̄missa matris so-  
rorum parentum seu certe seminarum  
sanctarū. quātotius eam de n̄ris recessi-  
bus extrudere festinem? ne si fuerim? in  
ea diutius immorati occasione sexus se-  
mel indepti. illex malozum ad eas perso-  
nas exinde subtilit' deuoluat ac p̄cipitet  
mentē. p̄ quas noxijs cogitationes pos-  
sit inserere. Vobrem illius p̄cepti ingit  
meminisse debem? omni custodia serua  
cor tuū. 7 fm̄ dei p̄ncipale mandatū  
sollicite serpenq; obfuarē noxiū caput. i.  
cogitationū malarū p̄ncipia. quibus ser-  
pere in aīam nostrāz diabolus temptat.  
nec sinam? p̄ negligētiaz penetrare i cor  
nostrum reliquū eius corpus. i. oblecta-  
tionis assensum. Qui p̄culdubio si fue-  
rit intromissus. morsu virulento mentē  
interimet captiuatam. Emergentes etiā  
peccatores terre nostre. id est sensus car-  
nales in matutinis sui ortus nos oportz  
extinguere. 7 dum adhuc paruuli sunt al-  
lidere filios babilonis ad petraz. Qui  
nisi dū tenerrimi sunt fuerint enecati. ad-  
ulti per cōhibentiam in perniciem no-  
stram validiores insurgent. aut certe nō  
sine magno gemitu ac labore vincuntur.  
Dum enim fortis scz spiritus noster to-  
mum suam custodit armatus. recessus  
cordis sui dei timore communiens. in  
pace erit omnis substantia eius. id est  
emolumenta laborum ac virtutes lōgo

tempore conquiescit. Si aut fortior superueniens vicerit eum id est diabolus cogitationum consensu. arma eius diripiet in quibus confidebat. id est memoriā scripturarum vel timorem dei. et spolia eius dividet. Virtutum scilicet merita per contraria vicia queque dispergens.

**¶ Non laudem studeamus terere castitatis. sed effectum eius exponere.** **¶ Cap. xiiij.**

**¶** Ut cuncta preteream que in sanctis scripturis ob laudem virtutis huius inserta sunt. non est mihi propositum est laudem terere castitatis. sed qualitates ipsius vel quemadmodum acquiri vel custodiri debeat. que vel sit finis eius. patrum traditionibus explicare. vnam tantummodo ponam beati apostoli sententiam. qua pateat qualiter illas thessalonicensibus scribens. et virtutibus pretulerit vniuersis. tali eam verbi nobilitate commendans.

**¶ Specialiter castitatis virtus ab apostolo sanctimonia nuncupetur.** **¶ Cap. xv.**

**¶** Ecce inquit voluntas dei sanctificatio vestra. Et ne forte dubium nobis relinqueret vel obscure quidnam sanctificationem voluerit appellare. vtrum iusticiam. an charitatem. an humilitatem. an patientiam. in omnibus enim istis virtutibus creditur acquiri sanctificatio. infert et manifeste designat quod proprie sanctificationem voluerit appellare. **¶** Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. ut abstineatis vos inquit a fornicatione. ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore. non in passione desiderij sicut et gētes que ignorat deum. Quides quibus eam laudibus persequantur. honores vasis id est corporis nostri. et sanctificationem eam appellans. Igitur econtrario qui in passione desiderij est. in ignominia et in immundicia consistit. et alienus a sanctificatione versatur. Tercio quod post pauca infert. rursus sanctimoniam eam pronuncians. **¶** Non enim voca-

nit nos deus in ignominia. sed in sanctificatione. Itaque que hec spernit non homines spernit sed deum. que etiam dedit spiritum sanctum in nobis. Auctoritate quod precepto suo inuolabile iuravit. dicens. Qui hanc spernit id est que de sanctimonia profatur sum. non hominem spernit. hoc est me que hanc percipio. sed deum que in me loquitur. qui etiam spiritui suo sancto cor nostrum habitaculum deputauit. Cernis simplicibus fratribus ac puris qui bus eam preconijis quantisque extulerit laudibus. primum virtuti huic sanctificationem proprie tribuendo. deinde per hanc asserens vas nostrum corporis ab immundicia liberandum. tertio quod abiecta ignominia et contumelia in honore sit et sanctificatione mansurus. postremo que summa est perfecti premij ac beatitudinis remuneratio. per hanc habitatorum pectoris nostri sancti fore spiritum designauit.

**¶ De alio apostoli testimonio super eadem sanctimonia.** **¶ Cap. xvi.**

**¶** Licet ad finem libelli tēdat oratio. aliud adhuc sile huic pretermittam. eiusdem apostoli testimonium ponam. Ad hebreos namque scribens. **¶** Dacē inquit sectamini cum omnibus sanctimoniam. sine qua nemo videbit deum. Hic quod euidenter sine sanctimonia quam solet integritatem mentis vel puritatem corporis appellare. pronunciat deus penitus videri non posse. Si quidem et hic similiter infert. eundem sensum explanans. **¶** Ne quis fornicator aut profanus ut elau.

**¶ Spes sublimioris premij debeat custodia castitatis augere.** **¶ Cap. xvij.**

**¶** Itaque quantum sublimis celestis est premium castitatis. tanto grauibus aduersariis insidijs lacessitur. Et idcirco propensius nobis est. non solum continentia corporis veruetiam contritio cordis assiduis orationum gemitibus adhibenda. ut clibanus carnis nostre que rex babilonius incētiuis suggestionum carnalium succendere non desistit. descendente in corda nostra rore sancti spiritus extingatur.

## De spiritu fornicationis

**Q**uasi absque humilitate castitas obtineri non potest ita sine castitate scientia. **Lap. xvij**

**E**tenim hanc seniores aut ap-  
prehendi non posse nisi prius hu-  
militatis in corde fundamenta  
fuerint collocata ita ne ad fontem quidem  
vere scientie perveniri posse definiunt. To-  
neq; penetrabilibus anime nostre gradibus vi-  
tium huius infederit et possibile quidem  
esse integritatem sine scientie gratia repiri-  
im possibile vero scientiam spiritalem sine  
integritatis castimonia possideri. Quia  
et diversa sunt dona et non omnibus una gra-  
tia spiritus sancti tribuitur sed ad quam se unus  
quisque studio vel industria sua dignum  
aptumque prebuerit. Denique cum in omni-  
bus apostolis sanctis virtus integritatis pfe-  
cta fuisse credatur abundantius tamen scien-  
tie donum exuberavit in paulo quia se ad  
hanc aptum solerti studio atque industria  
preparavit.

**S**ententia sancti basilij epi de  
qualitate virginitatis sue.

**Lap. xix**  
**F**ertur sancti basilij cesariensis  
epi districta sententia. Et mu-  
lierem inquit ignoro. et ego non  
sum. Intantum intellexit in corruptionem  
carnis non tam in mulieris esse abstinen-  
tia quam in integritate cordis. quae vere incor-  
ruptam perpetuo sanctimoniam corporis vel  
timore dei vel amore castitatis custodiat.

**Q**ui finis vere integritatis ac  
puritatis sit. **Lap. xx**

**E**t hoc hic est integritatis finis  
ac perfecta probatio si quiescentibus  
nobis tranquillatio voluptatis nul-  
la streperit ac per necessitate nature no-  
bis inconscie concretiones egerant ob-  
scenae. Quas sicut abscidere per oia et im-  
perpetuum amputare super naturam est ita re-  
vocare ad inevitabilem rarissimamque natu-  
re necessitate summum est. quae pulsare  
monachum duobus interpositis mensibus solet.  
Quod tamen dictum sit secundum nostram experientiam  
non secundum sententiam seniorum a quibus etiam be-

memorati temporis indutiae admodum ut  
dicabant anguste. quas si hoc modo quae ab  
ipsis percepimus voluerimus exponere  
his forte qui per negligentiam suam vel remis-  
sione studii puritatem hanc minus ex-  
pugnare. incredibilia vel impossibilia de-  
scripsisse credemur.

**Q**uemadmodum perfecte purita-  
tis statum retinere possim? **L. xxi.**

**Q**uem statum ita tenere perpetuo  
poterim? ac nunquam naturalem  
modum nec tempus excedere super  
prophensum. si deum non solum secretorum  
actuum nostrorum verum etiam cogitationum  
intimarum diurnarum pariter nocturnarum in-  
spectorem esse et conscius cogitemus. ac per  
omnibusque in nostro corde versantur sicut  
per factis et operibus nostris ratione nos  
ei reddituros esse credamus.

**U**sque ad quem modum possit in-  
tegritatis corporis nostri produ-  
ci. vel quod indicium sit ad purum  
mentis excoctum. **Lap. xxij**

**A**c usque igitur festinandum est no-  
bis et eo usque adversus animi mo-  
tus vel carnis incetiva pugnan-  
dum donec ista carnis proditione necessita-  
tem nature expleat non suscitet volupta-  
tem. secreta exuberantia sine ullo puri-  
tatis noxae repellens non pugnam suscitans  
castitati. Ceterum mens domini adhuc dormiens  
imaginum visione deludit non erit se nec  
domini ad integram perfectionem castitatis excoctam.

**R**emedia curationis quibus  
perfecta possit cordis et corporis  
nostri puritas permanere.

**L. xxij.**  
**S**icut ut illusiones huiusmodi ne dor-  
mientibus quidem nobis sub-  
reperere valeant equale modera-  
tumque spiritus tenendum est ieiunium. Quisquis enim  
mensuram distractionis excedit. necesse est  
ut modumque remissionis excedat. Quia  
inequalitate detentus ab hoc tranquilli-  
tatis planissimo statu sine dubio revoca-  
bitur nunc quod de nimia inanitate defectus.  
nunc autem cito propeiorum distet. Cum imuta-

## Capitula

tionem siquidē refectionis. q̄litate q̄z puritatis nostre necesse est immutari. Deinde in gis humilitas ac patiētia cordis adhibenda perpetuo est. atq; intenta aduersus iram vel ceteras passiones p̄diē cautio. **U**bi enī furoris in se derit virus libidinis q̄z necesse est incendium penetrare. Ante omnia vero per uigil necessaria est sollicitudo nocturna. Nam sicut puritas et custodia diei nocturnam preparant castitatem. ita nocturne uigilie cordi pariter et obseruationi diurne statum solidissimum robur q̄z premitunt.

**Explicit de spiritu fornicationis liber sextus.**

**Incipiunt capitula libri septimi de spiritu phylargyrie.**

**Lap. primum.**

**Roemium.**

- Q**uod perniciosus sit morbus phylargyrie
- ij** Quenobis in uitijs naturalibus sit utilitas
- iiij** Quinobis quedam naturalia uicia sine creatoris dicantur iniuria
- v** De uitijs que ex naturalem motum nostro uicio contrahunt.
- vi** Receptus semel phylargyrie morbus q̄z difficile pellatur.
- vij** Quibus uitijs phylargyria generetur. vel quantum malo rum sit eadem p̄creatrix.
- viii** Quod phylargyria omnes uirtutes impediatur.
- ix** Quod monachus habens pecunias in cenobio permanere nō possit
- x** Quem phylargyrie laborem subeat desertor monasterij. qui an̄ plenissimis operibus murmurabat
- xi** Quod occasione custodiēde pecunie feminarum contubernia requirantur
- xij** Exemplum cuiusdam tepidi monachi phylargyrie laqueis obligati.

- xij** Quid conferant seniores iunioribus in denudatione uiciorum.
- xiiij** Quibus exemplis morbus phylargyrie triplex esse doceatur.
- xv** Male renuncians a non renuncians ante quo differat
- xvi** Cuius testimonij se colore tueantur qui exui facultatibus suis nolunt
- xvij** De renunciatione apostolorum et ecclesie primitiue
- xviii** Quod si apostolos imitari uelimus non debeamus nostris definitionibus uinere sed illorum exempla sectari
- xix** Sententia sancti Basilij epi aduersus syncretium
- xx** Quod ignominiosum sit a phylargyria superari.
- xxi** Quemadmodum superanda sit phylargyria
- xxij** Quod possit quis etiam non habens pecunias phylargyrie iudicari.
- xxiiij** Exemplum de iuda.
- xxiiij** Quod phylargyria nisi nuditate uinci non possit.
- xxv** De exitu ananie et saphire et inde quem phylargyria impellere debent.
- xxvi** Quod phylargyria lepram anime inferat spiritalem
- xxvij** Testimonia de scripturā quod perfectiorem desiderans edocet nō resumere que renuncians abdicauit
- xxviii** Quod aduersus phylargyriam uictoria non aliter possit nisi nuditate conquiri.
- xxix** Quemadmodum possit nuditas a monacho sustentari
- xxx** Remedia contra morbum phylargyrie.
- xxxi** Quod non possit quis phylargyriam vincere nisi in cenobio perseverans. et quemadmodum possit ibidem permanere.
- Explicit capitula.**

## Liber VII. de spiritu philargyrie

Incipit liber septimus de spiritu philargyrie.

Lap. primum

**Q**ertius no

bis confictus est aduersus philargyriam quam nos amores pecuniarum possumus appellare. peregrinum bellum et extra naturam. nec aliunde in monacho sumens principium. quia de corrupte ac torpide mentis ignavia. et plerumque initio abrenunciationis male arrepto. et erga deum tepido amore fundato. Cetera namque viorum incitamenta humane inserta natura. velut ingenua videntur in nobis habere principia. et quodammodo inuiserata carni. ipsaque propemodum coeua natiuitati discretionem boni malique proueniunt. et licet prima arripiant hominem. longo tamen labore vincuntur.

**De pernicioso sit morbus philargyrie** La. ij.

**N**ic vero morbus posterius superveniens et extrinsecus accedens anime. quanto facilius caueri potest ac respici. tanto neglectus et intromissus semel cordi sit perniciosior cunctis difficiliusque pellitur. Malorum namque omnium efficitur radix. multiplices fructificans fomites viorum.

**Que nobis in vitis naturalibus sit utilitas** Lap. iij.

**C**puta carnis simplices motus. nonne videmus non solum in pueris in quibus adhuc innocentia boni malique prouenit discretionem. verum et in parvulis atque lactentibus. Qui cum ne initium quidem vilius libidinis in semetipsis habeant. motus carnis naturali incitamento sibi inesse designant. Ite quoque aculeos truces nonne similiter in parvulis iam vigere conspiciunt. et antequam patientie virtutem agnoscant. iniurijs eos cernimus commoueri. et verborum sentire etiam pro iocum iniurias ar

rogatas. ac nonnunquam cum desint vires. voluntas tamen ultionis ira instigante non desit. Nec hoc dico quod vocem naturam conditionis in culpam. sed quod asseram motus hos qui procedunt ex nobis quosdam quidem utilitatis causa nobis insertos. quosdam vero negligentie vitio ac male voluntatis arbitrio extrinsecus introductos. Hi namque quos supra diximus motus carnales ob reparacionem sobolis et posteritatis propaginem suscitandam. utiliter sunt corpori nostro providentia creatoris inserti. non ad perpetranda stuprorum flagicia et adulteria que legem etiam auctoritate damnant. Ite etiam aculeos nonne saluberrime nobis intelligimus attributos. ut nostris vicijs et erroribus irascetes. virtutibus potius ac spiritalibus studijs occupemur. omnem charitatem deo. et patientiam nostris fratribus exhiberes. Tristitiaque quod utilitas quanta sit novimus. que inter cetera vicia cum in contrarium affectum est. mutata connumeratur. Est enim et secundum dei timorem per necessaria. et secundum seculum admodum pernicioiosa. ut docet apostolus dicens. Que enim secundum deum est tristitia. penitentiam ad salutem stabilem operatur. seculi autem tristitia mortem operatur.

**Quin esse nobis quedam naturalia vicia sine creatoris dicimus iniuria** Lap. iij.

**N**on ergo si dixerimus hos motus a creatore insertos nobis ex eo culpabilis ille videbitur. si nequiter his abusi maluerimus eos ad noxia potius ministeria retorquere. et velimus pro infructuosis et secularibus lucris. non pro salutari penitentia et viorum correctioe tristari. vel certe si non nobismetipsis utiliter. sed contra interdictum domini nostris fratribus irascamur. velut si ferrum quis ad necessarium et utile ministerium contributum ad necem voluerit in fontem retorquere. non ex hoc infamabit materie proditor. si quod ille ad usum bonum vivendi aptum ac necessarium prestitit. iste hoc usus est ad nocendum.

E

**De vitijs que extra naturalem motum nostro vicio contrahuntur.** **Cap. v.**

**Q**uimus tamen quedam vitia sine vlla precedete naturali occasione concrefcere. fz soli? corrupte ac male voluntatis arbitrio. vt est inuidia ipsaq; etiam philargyria. q; cu; nulla habeat in nobis de naturali insti-ctu principia. extrinsecus cotrahuntur. Que tamē quantū facilia sunt ad cauē- dum 7 oportuna ad declinandum. tā tū occupatam mentem latq; possessam mise-ram faciūt. vixq; ad sanitatis concedūt remedia puenire. siue qd a dño nō merē- tur curari celeri medicina qui ab his san- ciati sunt que vñ ignorare vel vitare vñ facillime vicere potuerūt. vel certe quod male fundati virtutum structuram 7 p- fectionis suscipere culmen indigni sunt.

**Receptus semel philargyrie morbus q; difficile pellatur**

**Cap. vi.**

**Q**uamobrem nulli vilis despe-ctusq; videatur hic morbus. q; sicut potest perfacile declinari. ita si quemq; possederit ad sanitatis re- media vix puenire concedit. Receptacu- lum nanq; est viciozū malozūq; omniū radix. 7 inextricabilis nequitie fomes ef- ficitur dicente aplo. Radix oim malozū est philargyria. id est amor pecunie.

**Quibus vicijs philargyria ge-neretur. vel quantoz malozūm liteadem preatrix** **Cap. vii.**

**H**ec igitur cū remissa 7 tepidaq; possederit monachi mentē. pū- mitus eū in exigua summa sol- licitās. in istos quosdam 7 velut rationa- biles ei colores ob quos vel reseruare sibi aliquid pecunie debeat vel parare de- scribit. Nam 7 ea que prebent in mona- sterio queritur non esse sufficientia. et sa- no robustoq; corpore vix posse tolerari. Quid faciendum si valitudo mala car- nis emerferit. 7 reconditum nō fuerit ali- quid peculiare quo sustentet infirmitas.

Prestitutionē mō asterij eē ptenūē 7 negli- gētiā erga egrotātes maximā. Si pūū aliquid non fuerit quo cura corpori va- leat adhiberi misere esse moriendū. Im- etiam vestimentū non sufficere qd pbet- nisi peurauerit vnde sibi aliud valeat ex- hiberi. Postremo nec diu posse in eodē loco vel monasterio cōmorari. et nisi pa- rauerit sibi viatici sumptus. euecti oīs q; transmarine mercedem. nō posse cu; vo- luerit transmigrare. et necessitate inopie coartatum. laboriosa 7 ac miserabile abs- q; vllō profectu vitam ingiter toleratu- rum. inopem se q; semp ac nudum nō si- ne imperio aliena substantia sustentan- dum. Itaq; cum huiuscemōi cogitatio- nibus laqueauerit mentem. qualiter vñ saltem denarium acquirere possit cogi- tar. Tunc peculiare opus quod exerceat abbate in seio sollicita mente perquirat. Qd vendens clam et optato tandem po- titus nummo. qualiter eū duplicet acū? vehementiusq; torquetur. vbi reponat cui vñ illum credat ambiguus. Deinde quid ex eo coemere. qualisq; eum cōmer- cio valeat duplicare. cura grauiore dis- tenditur. Cūq; illi 7 hoc ex voto cesse- rit. amidior fames ac crescit auri. tātoq; vehementius suscitatur. quanto etiam summa lucri maior a pponitur. Cum pe- cunie etenim incremento rabies cupidita- tis augetur. Tum deinde vita longena pmittitur. senectus incurua. infirmitates diuersaq; prolige. que nisi maior sum- ma in iuuentute fuerit preparata tolera- bili in senecta non possint. Agitur itaq; infelix aīma serpentinis nexibus obliga- ta. dum materiam male peretā nequio- re cura concupiscit augete pestem sibi q; dirius inflammetur ipsa parturiens. to- taq; lucri cogitatione possessa. nihil ali- ud respicit cordis intuitu q; vnde pecu- niam parare valeat. p quā possit de mo- nasterij disciplina q; totius euolare. nul- lam exhibens fidez vbi potuerit nummi spes aliqua refulgere. Pro hac nō men- dacij. non periurij. non furti facinus ad

## De spiritu philargyrie

mittere pho: rescit non fidem frangere.  
nō iracundię noxiō furore suppleri. **S**i  
quoq; a spe questus deciderit. nō honesta-  
tis nō humilitatis modus transcendere  
ptimescit. fitq; ei poia vt alijs venter.  
ita huic aurū 7 spes lucri p deo **U**n bea-  
tus aplos huius morbi noxia venena p-  
spiciens nō solū eam radicē esse oīm ma-  
loꝝ. verū etiā idolozū seruitutē pronū-  
ciauit dicens. **E**t auaricia qđ in greco  
dicitur philargyria qđ est simulacroꝝ fuitus  
**L**ernis igit ad quantaz latem rabies h-  
p gđus singulos crescat. vt etiā idoloz  
vel simulacroꝝ seruitus apli voce pñū-  
cietur. eo qđ figura dei 7 imagine preter-  
missa. quā deuote seruiens deo imacula-  
tam in semetipso debuit custodire. hōim  
figuras impressas auro diligere. p deo  
maluit 7 tueri. **¶** Philargyria  
oēs virtutes impediāt.

**Ca. viij.**

**A**libi igitur recessionuz pfecti-  
bus in deterius crescēs. nullaz  
deinceps hūilitatē. nullā chari-  
tatē nullā obediētē. nō dicā. hūitē h-  
ne vmbra qđ de hūitē retinere ptētus. indi-  
tur ad oia. 7 ad singula opa murmurat  
atq; suspirat. **N**ullaz iam reuerētia re-  
seruata. velut equus durissimus ad p-  
cipitiū fert infrenis. nec victu quidiano  
nec solito indumento ptentus. nō se diu-  
ti hęc toleraturū esse testat. **D**eū qđ nō  
ibi solūmō eē. pclamat. nec salutē suam  
in illo tm̄ loco esse conclusam **U**n si qđ  
se non celerius asportauerit se piturū. p-  
tinus grauiter ingemiscit

**¶** Monachus habens pecuni-  
as i cenobio pmanere n̄ possit.

**I**taq; instabilitatis **Ca. ix.**  
sue viaticū hñs nūmos. in qz  
p̄sidio alaz sibi instar aptauit.  
iamq; ad trāsmigrandū paratus in solē.  
ter ad oia precepta respōdet. 7 tāq; per-  
egrinum extraneūq; se gerens. quęcūq;  
indigentia correctione perspexerit. negli-  
git atq; contemnit **C**ūq; furtim posside-  
at recōditā pecuniā. nec calciamenta q

tem ac v̄stimenta se habere p̄queritur.  
dantē sibi tardē indignat. **A**c si forte  
dispensatione senior ei pus q̄ nihil peni-  
tus habere cognoscit. aliqd hōim fuerit  
impartitū. maiorib; ire stimular descit.  
seq; despici veluti extraneum putat. nec  
ad vllū opus manus suas accommodare  
ptentus. resp̄hendit oia q̄ necessario fieri  
mōasterij compellit vtilitas. **D**einde oc-  
casionē quib; offendi vel irasci debeat  
studiose p̄quirit. ne leuit motus de cen-  
obij disciplina videat exire. **N**ec solus tm̄  
transmigrare ptentus. ne tāq; suo vicio  
deseruisse credat. quātos potuerit susur-  
rationib; clādefinis deprauare nō desi-  
nit. **Q**đ si etiā temporē a speritas itineris  
seu navigationis ei interclusit cōmea-  
tum. p omne illud tps suspenso anxioq;  
residens corde tristitias serere vel excita-  
re nō cessat. discessus solatiū 7 excusatio-  
nem leuitatis non se alit credens qđ no-  
ta vel macula monasterij reperturum

**¶** Quē philargyrie laborem sub-  
eat desertor mo nasterij qui an-  
pro leuissimis opibus murmu-  
rabat. **Ca. x.**

**S**ic itaq; facib; pecuniaz sua-  
rum magis ac magis accēsus. q̄  
posse nunq; monachū vel in  
monasterio residere vel viuere sub regle  
institutione pmittit. **C**ūq; epinde eū ve-  
lut feral qđam bestia de cetū gregi segre-  
gans. pecus oportunū p̄de destitutiōe  
sodaliū fecerit. 7 deuoratiōi facile p̄u-  
ternij p̄uatiōe reddiderit. eū qui pu-  
opa mōasterij lenia exercere desperat.  
die ac nocte spe questus infatigabilē la-  
borare cōpellit. nō orationū solennia. nō  
ieiunioꝝ modū. nō vigiliaꝝ regulā cu-  
stodire pmittit. nō honestaz intercessio-  
nuz explere officia sinit. dum mō vl ana-  
rici rabiem satiare vel quotidianis vsi-  
bus possit occurrere. cupiditatē ignē dū  
acquirendo extinguendum credit accē-  
dens **¶** Occasione custodien-  
de pecunię feminarum contu-  
bernia requirantur. **Ca. xi.**  
**E 2**



**N**oniam nonnulli pabruptuz precipitium lapsi irrenocabili ruina ferunt ad mortē. 7 non p̄tenti soli possidere q̄s vel nūq̄s habuerant. vel initio malo seruauerāt pecunias inq̄runt p̄tuberna feminarū. q̄ debeat ea q̄ male cōgesta vel retenta sunt custodire. Tāq̄ se occupationibz noxijs ac p̄niciosis inuoluūt. vt vsq̄ ad profundū inferi deuoluti. dum acq̄escere illi aplice sentētie renuūt. vt habētes victū 7 vsumētū bis p̄tēti sint q̄ mō asterij frugalitas exhibebat. s̄z volētes diuites fieri incidāt in temptationē 7 laqueū diaboli. 7 d̄sideria m̄ta 7 inutilia 7 nocina q̄ mergūt hoīez ī iteritū 7 pditionē. Radix enī oīm malozū est cupiditas. i. phylargyria. quā q̄dam appetētes errauerunt a fide 7 insuerunt se doloribus multis.

**Exemplū cuiusdā tepidi monachi phylargyrie laq̄is obligati.**

**Lap. xij.**

**N**on ignoro quendā q̄ semetipsum autumat monachū. sibiq̄ qd ē detentē de p̄fectiōe blādīt. q̄ receptū in cenobio. cū a suo moneretur abbate ne reuēret ad illa q̄ renuncians abdicarat. seq̄ d̄ maloz oīm radice phylargyria terrenisq̄ laqueis eripe festinaret. ac si mallet p̄stinis passionibz emēdari. q̄bus cū ḡuillime singulū momentū videbat vrgeri. cessaret affectare ea quę ne antea q̄dez possederat. quoz nexū cōpedit ad purgationē vitioz suoz sine dubio p̄uēire n̄ poss̄. truculēto vultu eidē respondere n̄ hesitauit. Si tu habes vñ plimos sustentēs. me similit̄ habere cur phibes. **Quid conferāt seniores iunioribz ī demudatione viciozū.**

**Lap. xij.**

**N**on autē nemini videant sup̄flua vel molesta. Nisi enī p̄s exposita fuerint genera vulnēz. 7 origines causq̄q̄ moroz fuerit indagatē. nec infirmis potit adhiberi cōgrua medicinē curatio. nec validis cōferri p̄fecte custodia sanitatis. Naz 7 hec 7 multo bis plura ad instructionem

iuniorū solent a senioribz q̄ innumeros diuisorū casus ac ruinas exp̄i sunt ī colatiōe p̄ferri. Quoz multa sepe numero cognoscentes in nob̄ ita senioribz exp̄nentiū ac reuelantiū. velut q̄ isdē ip̄is q̄z passionibz pulsaret. absq̄ p̄sūsōis n̄z verecundia curabam. cu 7 remedia pariter 7 causas infestantiū nos viciozū taciā discere. q̄ nos n̄ fratnitatē veritū corp̄ vel obtexim. vel p̄terinimus. s̄z ne forte delapsus liter in man̄ coruz q̄ in b̄ p̄posito min⁹ instituti vidēt. patefaciat in experē. q̄ deludantibz sol ac festinanti bus culmen p̄fectionis attingere debent esse cōperta.

**Quibus exemplis morbus phylargyrie triplex esse doceatur.**

**Lap. xij.**

**T**riplex itaq̄ est hui⁹ valitudinis morbo. q̄ ab vniūsis patri bus eq̄li detestatione damnat.

**Annus hic cui⁹ sup̄ius descripsim. labē q̄ decipiens miserabiles q̄sq̄ ea q̄ ne antea q̄dem cū in seculo degeant possidebant congregare p̄suadet. Ali⁹ q̄ b̄ q̄ in primordijs suę renūciationis abiecerāt. postea resumere ac rursuz desiderare cōpellit. Tert⁹ q̄ initio malo viciosoq̄ cōtractus 7 ab imp̄fectione incipiens. eos q̄s semel hoc tepore mēt̄ infecerit. paupertatis ac diffidentie timore p̄ferritos. spoliare se cunctū mundi facultatibz non sinit. eosq̄ pecunias vel substātiās quas vtiq̄ renūciātes abijcere debuerant reseruantēs. ad euangelicā p̄fectionēz nūq̄ p̄uenire concedit. Quarū triū ruinarum exēpla. in scripturj sanctis etiā inuenimus nō leni pena fuisse d̄anata. Naz gieci ea q̄ ne antea q̄dem possederat volens acquirere nō mō grām p̄p̄tētie nō meruit possidere. quā p̄ successionē velut hereditariā a suo habuit m̄grō suscipe. verum etiā ecōtrario eterna lepra sancti helici maledictiōe p̄fundit. Judas autē volēs r̄sumere pecunias q̄s ātea christū secut⁹ abiecerat. nō solū ad pditionē domini lapsus ap̄latus pdidit gradū. sed etiā vitā ip̄am cōmuni exitu finire non**

## De spiritu philargyrie

meruit eaq̄ biathanati morte cōclusit. Ananias vero ⁊ saphira refuātes partem quandaz ex his q̄ possederāt aplico ore morte instantur.

### ¶ Malerenunciāns a nō renun- ciante quo differat.

Cap. xv.

**O** E his igit qui dicentes renun-  
ciasse se huic mūdo. rursus in-  
credulitate fracti nudari terre-  
nis opibz timēt. in deuteronomio mistice  
p̄cipit. Si q̄s est hō formidolosus ⁊ cor-  
de pauido. nō egrediatur ad bellum. va-  
dat ⁊ reuertat in domū suaz. ne pauere fa-  
ciat corda fratrum suoz. sicut ⁊ ipse timo-  
re p̄teritus est. Hoc testimonio qd̄ eui-  
dentius queso. Nōne māifeste manult  
eos scriptura p̄fessionis hō nec initiū si-  
bimet vsurpare nec nom̄. q̄ exhortatiōe  
exemploq̄ corrupto etiā alios ab euan-  
gelica perfectione reuocare. ⁊ infideli in-  
firmare terrore. Iubet itaq̄ eis vt disce-  
dentes e pugna reuertant in domū suā.  
q̄ nō pōt quisq̄ duplici corde bella dñi  
p̄liari. Air enī duplex aīmo. incōstās  
est in oībus vijs suis. Et cogitantes fm̄  
illā euangelij parabolā eum q̄ cū decem  
milibz p̄gredit cōtra regē cum viginti mi-  
libz venientem. non posse cōfligere. ad-  
huc eo lōge posito postulat pacez. i. vt ne  
initium qdem renunciātionis arripiāt  
potius q̄ tepide eam post exequentes  
maiori discrimine semetip̄os inuoluāt.  
Melius est ei nō vouere. q̄ vouere ⁊ nō  
reddere. Pulcre aut̄ hic cum decem mi-  
libz. ⁊ ille cū viginti venire describitur.  
Amplior enī vicioz nos impugnātiuz  
num̄ est q̄ virtutum. p̄ nob̄ dimican-  
tium. Nemo aut̄ pōt deo seruire ⁊ mam-  
mone. Nec ponens q̄sq̄ manū suā sup̄  
aratrū ⁊ respiciēs retro. ap̄ ē regno dei.

¶ Cuius testimonij se colore tue-  
antur qui exui facultatibz suis  
nolunt.

Cap. xvi.

**H** ergo occasionem auaricie p̄-  
sine sibi met̄ intrmittere qua-  
dam scripture sancte auctori.

tate conant. Quā viciofioze intellectu i-  
terpretantes. apli immo dñi sententiaz  
corrumpe atq̄ ad suū desiderij gestū  
deprauare. nō suā vitam vel intellectum  
scripturarū sensui coaptantes. sed vim  
scripturis. p̄ desiderio suę libidis inferē-  
tes. p̄sentire eas suis opinionibz volūt.  
aiūtq̄ scriptam esse. Beatius est magi-  
dare q̄ accipere. Cuius interpretatiōe pra-  
uissima eueruatam dñi putant illaz esse  
sententiaz q̄ d̄. Si vis p̄fect̄ esse. vade ven-  
de oia que habes ⁊ da pauperibz. ⁊ habe-  
bis thesaurū in celo. ⁊ veni sequere me. Et  
arbitrant hoc colore diuitias suas se ab-  
ijcere nō debere. beatiores scz semetip̄os  
p̄nunciātes. si pristinis suffulti substā-  
tijs. alijs q̄ de earū sup̄abundantia lar-  
giantur. dñi erubescunt. p̄ christo glorio-  
sam cū ap̄lo suscipe nuditatē. nec opere  
manū nec monasterij parsimonia vo-  
lūt esse p̄tēti. Quibz sup̄est vt aut̄ semet-  
ip̄os circūuenire nouerint. ⁊ neq̄ renū-  
ciasse huic mūdo diuitijs pristinis incu-  
bantes. aut si p̄fessionem monachi re at-  
q̄ ope cupiūt expiri. disp̄sis atq̄ abieci-  
oibz nihilq̄ ex his q̄b̄ renunciauerūt re-  
seruātes. cū ap̄lo gloriēt in fame ⁊ siti. i.  
frigore ⁊ nuditate. ¶ De renunciā-  
tionē apostolorū et ecclesie p̄i-  
mitiue.

Cap. xvij.

**Q**uasi vero et ille limilit nō po-  
tuerit facultatibz p̄stinis susten-  
tari. q̄ se non ignobilē etiam in  
huius mūdi ordine fuisse testat. cū se as-  
serit a natiuitate ciuis romani dignitate  
prelatum. si hoc esse ad perfectionem cō-  
modius iudicanisset. et illi qui hieroso-  
limis cum essent possessores agrorū ⁊ vel  
domorū. vendentes omia ⁊ nihil sibi pe-  
nitus ex his reseruātes. afferebāt precia  
eorum. ⁊ ponebāt an̄ pedes discipuloz.  
non potuerint necessitatem corporis sui  
facultatibus p̄p̄ijs sustinere. si hoc perfe-  
ctius fuisset ab apostolis iudicatum. vel  
ip̄i esse vtilius probauissent. sed vniuer-  
sas simul abijcientes substantias ma-  
luerunt labore proprio vel collatiōe gen-

## Liber. VII.

tium sustentari. De quorū sumptu sanctus apostolus ad Romanos scribens. suumq; eis in hoc ministeriū pdicans. ac subtiliter eos ad hanc collationem puocans. ait. Nunc autēz proficiscar hierusalem ministrare sanctis. Complacuit enim macedonię 7 achaię collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt hierusalem. placuit enim eis et debitores sunt eorū. Quonia; si spiritalium eorū participes facte sunt gētes. debent 7 in carnalibus ministrare eis. Ad corinthios q; horum sollicitudinē similiter gerens. monet eos vt ante aduentū suum collationem quazad vsus eorum mittere disponebant sollicitius prepararent. De collectis autem que fiunt in sanctis sicut ordinavi ecclesijs galathie. ita 7 vos facite. Nusqu ilq; vestrum per vnam sabbati thesauri. et apud semetipsum recondens quod ei bene placuerit. vt nō cū venero tūc collecte fiant. Cū autē venero quos probaueritis per epistolas hos transmittam pferre gratiā vestram in hierusalem. Et vt eos ad largiorem collationem puocaret infert. Qd si dignum fuerit vt 7 ego eam mecū ibunt id est si talis fuerit oblatio vestra q̄ mea quoq; mereatur psecutione deferri. Ad galathas quoq; cū predicationis misterium cum apostolis partiret. in hoc idē se destinatus a iacobo petro 7 iohāne testatur. vt licet pdicationem suscipere gētium. pauperum tamen qui erant hierosolimis nequa q; sollicitudinem curāq; respueret. qui ppter christū vniuersis rebus suis renunciantes. spontaneā subierant egestatem. Et cum vidissent inquit gratiam dei que data est michi iacobus 7 cephas 7 iohannes qui videbant columnę esse. dederunt michi 7 barnabe societatis. vt nos inter gentes predicarem. ipsi autem in circūsiōne tātū vt pauperū memores essemus. Quā rem omni sollicitudine se testatur implese. dicens. Qd etiam sollicitus fui hoc ipsūz facere. Qui igitur sunt beatores. vtrūz

nam hi qui nuper de numero gentiū congregati. nec pnalentes euangelicā perfectionem cōscendere adhuc suis substantijs inherabant. in quibus magnus fructus ab aplo ducebatur. si saltem ab idolorū cultura 7 fornicatione 7 suffocatis 7 sanguine reuocati. fidem christi cū suis facultatibus suscepissent. an illi qui euangelice satisficientes sententie. crucez dñi quotidie portātes. nihil sibi de proprijs facultatibus supesse voluerunt. Cūq; ipse beatus apostolus vinculis 7 carceribus obligatus. seu vexatione itineris impeditus. 7 ob hoc consuetam victus substantiam parare vt erat solitus suis manibus non occurrens. a fratribus qui de macedonia venerunt supplementū suę necessitatis se asserit accepisse. nam quod michi inquis deerat. supplerunt fratres q̄ venerunt a macedonia. et ad philippenses ipse referens. scitis ei 7 vos philippenses. quia in principio euangelij quando pfectus sum a macedonia. nulla ecclesia michi cōmunicauit in ratione dati 7 accepti. nisi vos soli quia 7 thessalonicā 7 semel 7 bis in vsum michi misistis. erūt finistorū sententiā quam mente tepida conceperunt. 7 isti beatores apostolo. q̄ de suis inueniant ei substantijs impartisse. Qd amens quilibet dicere nō audebit.

**¶** Si apostolos imitari velim? non debeamus nostris definitionibus viuere sed illorū exempla sectari. La. xviii.

**¶** Cū obrē si euangelico pcepto volumus obedire 7 apli ac totū illi ecclepmittine. seu patz q̄ virtutū ac pfectiōi eorum nostris tēporibus successerunt imitatores existere. nō nostris definitionibus acquiescamus. de hoc tepido ac miserabili statu perfectionem nob euangelicam pollicentes. sed illorum sectates vestigia circūuenire nosmetipsos minime studeamus. et ita monasterij disciplina; institutionemq; paritē expetamus. vt in veritate renunciemus huic mundo. nihil ex his que contempsimus infli.

## De spu philargyrie

delitate nos retrahente seruantes, quoti-  
dianum victum non recondita pecunia  
sed opere proprio conquiramus.

### **S**ententia sancti basilij epi ad uersus syncretium plara. **L. xix.**

**F**ertur sententia sancti Basilij  
cesariensis epi ad quendam p-  
lata syncretium, tali quo diximus  
teporre torpentem, qui euz renunciaſſe ſe  
diceret huic mundo, qdam ſibi de pro-  
prijſ facultatibz reſeruauit, nolens exerci-  
tio manu ſuaru ſuſtentari, ⁊ humilita-  
tem vera nuditate ⁊ operis comitioe mo-  
naſterijqz ſubiectioe conquirere, et ſe-  
natozem inquit ſyncreti pdidiſti, ⁊ mo-  
achum non feciſti.

### **I**gnominioſus ſita philargy- ria ſuperari. **Lap. xx.**

**I**taqz ſi agonem ſpiritalem cer-  
tare legitime cupimus, huc qz  
pernitioſum hoſtem a noſtrj cor-  
dibz extrudamus, quem quantum  
ſupare non magne virtutis eſt, tantu ab  
eo vinci ignominioſum plenumqz dede-  
coris. A potente enim elidi licet ſit in de-  
iectione dolor ⁊ gemitus in amiſſioe vi-  
ctorie, tamē quodammo de aduerſarij  
robore victis naſcitur coſolatio. Sin ve-  
ro ⁊ inimicus exilis ⁊ genus colluctatio-  
nis infirmum, vltra deiectionis dolorem  
conſuſio turpior, ⁊ ignominia deſerimen-  
to grauior inferitur.

### **Q**uemadmodum ſuperanda ſit philargyria. **La. xxi.**

**O** quo hec erit ſumma victoria  
triumphuſqz perpetuus, vt que  
admodum dicit, nec minuto q  
dem nummo conſcientia moachi pollu-  
atur. Impoſſibile nanqz eſt eu qui vict⁹  
in exigua ſtipe, cupijſe ſemel in corde ſuo  
radice ſuſcepit, no maioris deſiderij, pti-  
nus incēdio coſflagrari. Tadiu naqz mi-  
les chaliſi victor ac ſecur⁹, cūtraqz cupi-  
ditatis impugnatione erit extern⁹, donec  
initia cupijebur, hic neqſſim⁹ ſpūs in  
eius corde no ſeuerit. Quappē cū in cun-  
ctis generibz vitioꝝ generalitē ſpenē ca-  
put oporteat obſuari, in b̄ precipue dil-

gentius puenit p̄caueri. Qd ſi fuerit in-  
tromiſſum, ſua materia p̄ualeſcēſipſū  
ſibimet vehemētiora ſuſcitabit incendia.  
Idoqz no ſolū pecunia ⁊ e cauenda poſ-  
ſeſſio, verūetiā voluntas ipa ab aīmo pe-  
nitus extrudēda. No ei tam effect⁹ phi-  
laryrie vitandus eſt, qz affect⁹ ipius ra-  
dicatus amputandus. Nihil ei p̄derit pe-  
cunias non h̄re, ſi voluntas in nob̄ fue-  
rit poſſidendi. **Q**poſſit quis etiā  
no habēs pecunias philargy-  
rus iudicari. **Lap. xxii.**

**P**oſſibile naqz eſt etiā no habē-  
tem pecunias neqzqz philargy-  
rie morbo carere, nihilqz ei pro-  
deſſe b̄nificium nuditatē, qz cupiditatē vi-  
tium reſecare no valuit, paup̄taqz hono-  
non p̄ruqz merito delectat⁹, ⁊ neceſſitatis  
onere no ſine cordis languore content⁹.  
Quēadmodū etiā corpe no pollutos  
euāgelic⁹ h̄mo, p̄nūciat corde mechatoſ-  
ita pecunie qz p̄dere mime ſarcinatos,  
affectu ac mēte cū philargyris p̄denari  
poſſibile eſt. Occaſio enī eis habendi de-  
fuit no voluntas, q̄ ſp̄ apud deum ſolet  
magiſqz neceſſitas coronari. Itaqz feſti-  
nandū nob̄ eſt, ne inuacuū laboꝝ n̄roꝝ  
emolumēta depeant. Miſabile naqz eſt  
paup̄taqz ac nuditatē exitus toleraſſe, fru-  
ct⁹ hō eaz p̄raue volūtatē vitio pdidiſſe.

### **E**xemplum de iuda. **La. xxiiij.**

**I**s noſſe qz pernitioſe qz noxię  
fomes iſte niſi fuerit diligēt̄ exci-  
ſus, ad ei⁹ interitū q̄ eū cōcepit  
fructificet, ⁊ omigenis pulluletram ſcu-  
lis vitioꝝ. **R**espice iudā aploꝝ numero  
deputat⁹, qz noluit ſerpenē hui⁹ caput  
letale p̄terere, q̄lit euz ſuo veneno peme-  
rit, ⁊ cupijſe laqueis irretitum ad q̄sar-  
rupti p̄cipit⁹ crimē impegit, vt redem-  
ptorē mūdi ⁊ hūane ſaluē auctorē trigē-  
ta argenteis p̄ſuaſent v̄edere. Qui neqz-  
qz eſſet ad tā ſceleſtū, pditiōis facin⁹ de-  
uolut⁹, ſi no philargyrie morbo fuiſſet i-  
fect⁹, nec dñice negationis re⁹ ſacrileg⁹  
extitiff⁹, niſi p̄ ſolit⁹ fuiſſet creditos ſibi  
loculos cōpilare. **Philargyria ni-  
ſi nuditate vici n̄ poſſit. L. xxiiij.**

**F**omane satq; z euidēs tyranni-  
dis huius exemplum. que semel  
(vt diximus) anime captiua  
te nullam permittit honestatis regulam  
custodire. nec vlla questus adiectione sa-  
tiani. Finis enim rabiei huius non diui-  
tias. sed nuditate cōquiritur. Deniq; cū  
hic ipse ob hoc loculos dispensatiōi pau-  
perum deputatos suę potestati creditos  
- xx **D**e eo quod propter blasphemiam traditus est in mundissimo spiritu.
- xxi **E**xemplum ioab regis iude quod ostenditur quod propter superbiam meruerit
- xxii **O**mnem animam superbam sabdi spiritalibus nequitis illudendam.
- xxiii **Q** perfectio attingi nisi humilitatis virtute non possit
- xxiiii **Q**uos spiritalis superbia pulset quod carnalis
- xxv **D**escriptio carnalis superbie vel quod mala in monachi mente parturiant.
- xxvi **Q** male fundatus quis ad deteriorum statum quotidie plabatur
- xxvii **E**xpositio vitiorum que pro moribus superbie generantur
- xxviii **D**e fratris cuiusdam superbia.
- xxix **I**ndicia quibus superbia carnalis anime inesse cognoscatur.
- xxx **R**epefactus quis pro superbia alijs quoque preesse desideret
- xxxi **Q**uomodo superbiam vincere vel ad perfectionem pervenire possimus
- xxxii **Q**uomodo de populatrix omnium virtutum superbia per veram humilitatem possit extinguere
- xxxiii **R**emedia adversus morbum superbie

**E**xplicit capitulum. **I**ncipit liber duodecimus de spiritu superbie.

**C**ap. primum.

**Q**uidam **Q**uidam quod et extremum adversus spiritum superbie nobis certamen est. Qui moribus licet ultimis sit in conflictu vitiorum atque in ordine ponatur extremus origine tamen et tempore primus est. Severissima et superioribus cum

ctis immanior bestia. perfectos maxime temptans. et propemodum iam positos in consummatione virtutum morfu diuino repascens.

**Q** superbie duo sint genera

**C**ap. ij.

**Q**ui duo sunt genera. Unus hoc quo diximus spirituales viros summosque pulsari. alius quod etiam incipientes carnalesque complectitur. Et licet utriusque superbie genus tam in deum quam in homines noxia inflat elatio. tamen illud primum specialiter refertur ad deum. secundum ad homines proprie pertinet. Cuius originem ac remedia in posterioribus libelli huius donante deo in quantum possumus exequemur. Nunc de illo opere quo prefati sumus perfectos precipue temptari. propositum nobis est pauca differere.

**Q** superbia omnes pariter virtutes auferat

**C**ap. iij.

**N**ullum est igitur vitium aliud quod ita omnes virtutes exhauriat. cunctaque iusticia et sanctitate hominem expoliet ac denudet ut superbie malum. tanquam generalis quidam ac pestifer morbus non unum membrorum partem ve eius debilitare contentus. sed solidum corpus letali corrumpit exitio. et in virtutum iam fastigio collocatos gravissima ruina deicere ac trucidare conatur. Omne namque vitium suis est terminis et fine contentum. et licet contristet alias que virtutes. contra unam tamen principaliter tendit. eamque specialiter opprimit et impugnat. Et ut hoc ipsum quod dicimus clarius possit intelligi. castimargia. id est appetitus ventris seu concupiscentia gula temperantie rigorem corrumpit. castitatem libido contaminat. ira patientiam vastat. ut nonnunquam vni quis deditus vitio alijs virtutibus non penitus desitatur. sed illa tantum virtute truncata que ediuerso emulo sibi vitio repugnante succumbit. reliquas possit vel ex parte retinere. hęc vero cum infelicem possede.

rit mentem. vt quidam seuissimus ty-  
rannus sublimissima capta arce virtu-  
tum vniuersam funditus cinitatem di-  
ruit atq; subuertit. Excelsa quondā san-  
ctitatis menia vitioꝝ solo coequās atq;  
permiscens nullam deinceps imaginem  
libertatis aīme sibi subditę superesse cō-  
cedit. Quantoq; ceperit ditioꝝem. tanto  
grauiori seruitutis iugo subditū vniuer-  
sis virtutum facultatibus crudelissima  
depredatione nudabit.

**¶ Ob superbiam lucifer ille de  
archangelo factus est diabolus**

**Cap. iij.**

**¶** Vt grauissime tyrannidis ei?  
potentiam agnoscamus. ange-  
lum illum q̄ pre nimietate splē-  
doris ac decoris sui lucifer nuncupatus  
est. nullo alio q̄ hoc vitio deiectum celi-  
tus inuenimus. 7 ex illa beata sublimita-  
te angelozū telo superbię vulneratus ad  
inferna fuisse collapsum. Si igit̄ tāta v-  
tute tante potentie prerogatiua decora-  
tum vna elatio cordis potuit de celesti-  
bus ad terrena deuoluere. qua nos obf-  
uantia carnis fragilitate circūdatos ca-  
uere oporteat. ipi? ruine magnitudo de-  
monstrat. Quemadmodū hō hui? mor-  
bi virus pnciosissimum deiternus in-  
strui poterimus. si ruine ipi? causas atq;  
originē persequam. Nunq̄ enim curari  
languor. nec remedia poterunt mal' vali-  
tudinibus exhiberi. nisi prius inquisitio-  
ne sagaci origines earum inuestigent et  
cause. Sic nanq; indutus diuina clari-  
tate. 7 inter ceteras supnas vtutes cōdi-  
toris largitate p̄fulgens. splendorē la-  
pientie 7 vtutum pulchritudinem qua  
ornabatur gratia creatoris. nature sue  
potentia non munificentie illius benefi-  
cio se credidit obtinere. Et ob hoc elatus  
tanq; qui ad perseverantiā puritatē hu-  
ius diuino nō egeret auxilio deo se simi-  
lem indicauit. vtpote qui nullius indige-  
ret quemadmodum deus. liberi scz arbi-  
trij facultate confusus. p̄ illam credēs af-  
fluenter omnia sibi et suppeditari. que

ad consummationē vtutum vel perben-  
nitatem summe batitudinis pertinerent  
Hec sola cogitatio facta p̄ma ruina ē  
Ob quā desert? a deo q̄ se credidit nō ege-  
re. instabilis repente. 7 nutabūduſ esse  
ce? 7 infirmitatē ppriatę psensit. 7 bea-  
titudinem qua dei munere fruebat ami-  
sit. Et q; dilexit verba precipitatiōis q̄  
bus dixerat. in celum conscendam. 7 lin-  
guam dolosā qua vel de se dixerat. ero  
similis altissimo. vel de adam 7 ena. erit  
sicut di; p̄pterea de? destruet illū i finē.  
euellet eū 7 emigabit de tabernaculo suo. et  
radicem eius de terra viuentiū. Tūc rui-  
nam eius vidētē iusti timebūt. 7 super-  
eum ridebunt dicentes qd etiā sine fine  
ad hos q̄ se sine p̄tectione auxilioq; dei  
summū bonum p̄ficere posse cōfidunt. iu-  
stissime dirigitur. Ecce hō quinō posuit  
deū adiutorē suū. sed sperauit i multitu-  
dine diuitiarū suarū. 7 p̄ualuit in vanita-  
te sua. **¶ Somites vitioꝝ oīm  
de superbia pullulent. Cap. v.**

**¶** Ecce est primę ruine causa 7 ori-  
go pncipalis morbi. Qui rur-  
sum p̄ illū qui fuerat a se deiect?  
in protoplastum serpens. infirmitates  
oīm vitioꝝ 7 materias germinauit. Dū  
enim gloriā deitatis arbitrij libertate et  
industria sua credidit se posse p̄quirere.  
etiam illā pdidit quā adeptus fuerat. g-  
tia conditoris. **¶ Supbie vitium  
sit in ordine colluctationis ex-  
tremum. tempore tñ et origine  
p̄imum sit. Cap. vi.**

**¶** Itaq; exemplis ac testimonijs  
scripturarū manifestissime cō-  
probatur. superbię labem cum  
posterior sit in ordine conflictuum. origi-  
ne tamen anteriorem esse. omniūq; pec-  
catorum et criminū esse principium. nec  
sicut cetera vitia solūmodo contrariam  
sibi virtutem. id est humilitatem tā tum  
extinguere. verum etiam cunctarū si mul-  
terempricem esse virtutū. nec medio-  
cres tantum paruosq; temptare. sz maxi-  
me in fortitudinis culmine consistentes.

## De spiritu superbie

Ita enim de hoc spiritu propheta come morat. Et electi eius electe. Ideo qz beatus dauid licet tanta circumspectio cordis sui custodiret archana. vt ad eum quem secreta conscientie sue non latebant au- denter proclamaret. domine non est exaltatum cor meuz. neqz elati sunt oculi mei. neqz ambulau in magnis neqz in mirabilibus super me nisi humiliter sentiebam. et iterum. non habitabit in medio domus meqz faciens superbiam. sciens tamqz difficilis sit etiam perfectis ista custodia. non de sua tantum presumit industria. sed orans domini implorat auxiliu vt huius inimici teluz possit insauciat euadere dicens. non veniat mihi pes superbie. pauens ac metuens ne in illud incidat quod dicitur de superbis. De superbis aduersatur. Et iterum. Immundus est apud deum omis qui exultat cor suum.

**Quantum sit malum superbie vt ipsum deum aduersarius habere mereatur.**

**Cap. vii.**

**Q**antum est malum superbie. vt non angelum non alias virtutes sibi contrarias. sed ipsuz deum aduersarium habere mereat. Notandum siquidem est. qz nequa qz dicitur super bis qui ceteris sunt vitijs inuoluti quod habeant sibi deum resistentem. id est castrimargis. fornicarijs. iracundis seu phylargyris aduersatur. sed solis superbis. Illa namqz vitia vel in vnu que qz delinquentiuz tantummodo retorquet. vel in suos participes. id est in alios homines videntur admitti. hec vero proprie pertingit ad deum. et idcirco euz specialiter digna est habere contrarium.

**Quemadmodum deus superbiam diaboli virtute humilitatis extinxerit. et diuersa super hoc testimonia.**

**Ca. viii.**

**I**deo qz vniuersitatis creator. et medicus deus. causam principium qz morboz superbiaz esse

cognoscens. contrarijs sanare contraria procurauit. vt ea scz que p superbiam corruerant. p humilitatem resurgeret. Ille namqz dicit. In celum conscenda. Hic dicit. Humiliata est in terra anima mea. Ille dicit. Et ero similis altissimo. Hic cu esset in forma dei exinanivit semeti pm formam serui accipiens. humiliavitqz se factus obediens vsqz ad mortem. Ille dicit. Sup astra dei exaltabo solium meum. Ille dicit. Discite a me qz mitis sum et humilis corde. Ille dicit. Nescio dnm. et israel non dimittam. Ille dicit. Si dixero quia non noui eum. ero similis vob mendax. sed noui eum. et mandata eius seruo. Ille dicit. Mea sunt flumina. et ego feci ea. Ille dicit. No possu ego a me ipo facere quicqz. sed pater me in me manens ipe facit opera. Ille dicit. Mea sunt omia regna mundi et gloria eoru. et cui voluero do ea. Ille cum diues esset pauper effectus est. vt ei inopia nos diuites redderemur. Ille dicit. Sicut colliguntur oua que derelicta sunt. sic vniuersam terraz ego congregaui. et no fuit qui moueret pennam et apiret os et ganiret. Ille dicit. Similis factus sum pellicano solitario. vigilau et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ille dicit. Excitauit vestigio pedum meoz omes riuos nos aggerum. Hic dicit. Nunquid no possu rogare patrem meum. et exhibebit in mo plusqz duodecim milia legiones angeloz. Si pncipalis ruine causam et salutis nre fundameta pspeximus a quo et qliter vel ista iacta sint. vel illa emerferit. que admodu deuitare ta atrocem mortem superbie debeamus. vel illi ruina vel huius doceamur exemplo.

**Quemadmodu nos quoqz superbiam superare possimus.**

**I**taqz huc nequissimi spiritus laqueum taliter poterimus enitere si in singulis quibus serimus nos virtutibus psecisse. illud apostolicum dixerimus. no ego sed gra dei mecum. et gratia dei sum id quod sum.



## Liber. XII.

et tunc esse qui operatur in nobis et velle et perficere pro tua voluntate dicente etiam ipso auctore salutis nostre. Qui manet in me et ego in eo. hic fert fructum multum. quia sine me nihil potestis facere. Et nisi dominus edificauerit domum. in vanum laborauerunt qui edificauerunt eam. Nisi dominus custodierit civitatem. frustra vigilat qui custodit eam. Et vanum est vobis ante lucem surgere. Quia non est volens neque currentis. sed miserentis dei.

**¶ Nemo possit perfectionem virtutum vel promissam beatitudinem suis tantum viribus obtinere. Cap. x.**

**N**ullius namque quis volens et currentis tam idonea potest voluntas esse vel cursus. ut carne spiritui repugnante circumdatus valeat tantum perfectionis premium et palmam integritatis ac puritatis attingere. nisi fuerit divina miseratione protectus. ut ad illud quod magnopere vult et quo currit pervenire mereatur. Omne enim datum bonum et omne donum perfectum de sursum est. descendens a patre luminum. Quid enim habes quod non accepisti. Quod si accepisti. quid gloriaris quasi non accepisti.

**¶ Exemplum latronis sive dauid vel vocacionis nostre ad dei gratiam demonstranda. Cap. xi.**

**S**icut enim vel illum latronem ob unam confessionem introductum in paradysum recordemur. intelligimus eum non cursus sui merito tantam beatitudinem consecutum. sed dono dei miserentis indeptum. Vel si reminiscamur dauid regis duo tam gravia tamque immania crimina uno penitudinis sermone deleta. nec hic videmus ad indulgentiam tanti criminis obtinendam laboris equiparasse merita. sed dei gratiam superabundasse. quae vere penitudinis occasione accepta tantam peccatorum materiam sub unius verbi plena confessione consumpsit. Principium quoque discutientes vocationis ac salutis hu-

mane. quia non ex nobis nec ex operibus nostris sumus. sed dei sumus. dono gratiaque salvati. liquido poterimus adhaerere quae ad modum perfectionis summa non volentis neque currentis. sed miserentis est dei. qui nequaquam laborum vel cursus nostri merito compensante vitiorum nos facit esse victores. nec equiparantem nostre voluntati industria. tam arduum integritatis culmen subingata qua utimur carne conscendere. Nulla siquidem corporis huius afflictio nullaque cordis contritio ad capeendam veram illam interioris hominis castitatem potest esse condigna. ut tantam puritatis virtutem angelis solis ingenuitate ceterisque humana. nudo humano labore. id est sine adiutorio dei valeat obtinere. quia totius bonitatis effectus ab illius profuit gratia. quae tantam plenitudinem beatitudinis et immensitatem gloriae exiguae voluntati brevis ac parvo cursui nostro. multiplicata largitate donavit.

**¶ Nullus sit labor qui possit re promissae beatitudinis comparari. Cap. xii.**

**O**mnis enim longevitas vite presentis. cum ad illam futuram gloriae plenitudinem respexerit. evanescit. et dolores cuncti contemplatione illius immense beatitudinis effugant. atque ut fumus ad nihil extenuati liqueunt. et nusquam ut favilla comparent.

**¶ Traditio seniorum de consequenda puritate. Cap. xiii.**

**Q**uapropter iam tempus est. ut ipsis quibus traduntur verba patrum sententiam proferamus. eorum scilicet quae viam perfectionis et qualitatem eius non verborum iactantia depinxerunt. sed potestate et opere ac virtute spiritus possidentes. experimentum earum propriis et exemplis certissimis tradiderunt. Aiunt itaque non posse ad purum quaequam carnalibus vitis emundari. nisi universum laborem suum atque conatum ad tantam perfectionis finem intellexerit non posse sufficere. nec eas nisi miseratione dei et adiutorio. communi non tam traditum institutione quam affectu atque

## De spu superbie

Artute 7 experimenti. pprijs erudit. agnoscat. Ad capeffenda nanq; tam magnifica tamq; pcella puritat; 7 integritat; p; mia. q;stuslibet ieiuniorum vigiliarum lectionis 7 solitudinis ac remotiois labor fuerit impensus. codignus esse no; potit q; hęc industrie sue merito vel labori obtineat. Nunq; eni diuinu mun' labor; p; prius humana re copensabit industria nisi desideranti diuina fuerit miseratioe concessum. **Adiuutoriu dei laborantibus tribuatur. Cap. xiiij.**

**N**ec hoc dico. vt hu;anos conatus eua cuas ab industria 7 laboris intentione queq; reuocare contendam. Sed plane pstantissime non mea s; senioz snia definio. pfectioz q;dez sine his omnino capi no; posse. his aut solis sine gratia dei posse ea a nemie cōsumari. At enim dicim' conat' hu;manos a pprehedere ea p seipos sine adiuutorio dei no; posse. ita pnuanciam' laborantib; tm ac desudantib; misericordia dei g;tiatq; conferri. 7 vt x;bis apli loquar volentibus 7 currentib; impartiri. fm illud qd etiam in psalmo octogesimo octauo ex psona dei cantat'. Posui adiuutoriu in potente. 7 exaltaui electum de plebe mea. Dicim' eni fm saluatoris sniam dari qdem petentib; 7 apiri pulsantib; 7 a querentib; inueniri. sed petitione 7 inquisitione 7 pulsatione nram no; esse condigna. nisi misericordia dei id qd petimus dederit. vel a peruerit qd pulsamus. vel illud qd querim' fecerit inueniri. Presto est naq; occasione sibi tantummo a nobis bone voluntatis oblata. ad hęc omia conferenda. Ampli' eni ille q; nos pfectione salutem q; nostram desiderat et expectat. Et intm beatus dauid puentuz sui operis ac laboris ppria tm industria no; posse nouerat obtineri. vt a dno pmereri directione suoz ope; iterata pce deposceret dicens. Et opera manuu nrarum dirige sup nos. 7 opus manuum nostrarum dirige. Et rursum **Confirma hoc deus qd operat' es i nob**

**A quibus perfectionis vias discere debeamus. Cap. xv.**

**H**ecq; si ad veram consummationem virtutum volum' effectui 7 opere peruenire. illis debemus acquiescere magistris ac duobus. qui hanc non vaniloqua disputatione somniantes. sed re atq; experimentis apprehendentes nos quoq; docere atq; ad eam dirigere similiter possunt. 7 via que admodum perueniamus ad eaz certissimo tramite demonstrare. quiq; ad hanc fide se potius peruenisse q; laborum merito testabantur. Quibus etiam hoc precipuum sui cordis acquisita puritas cōferebat. vt magis magisq; se depmi peccatis agnoscerent. Tanta nanq; i eis delictorum compunctio per dies singulos augebatur. quanta puritas animi profecisset. Trahebantq; iugiter intimo corde suspiria. eo q; semetipos sentirēt nequa q; posse delictorum neuos ac maculas deuitare. que eis per multiplices cogitationum minutias ingerebantur. Et idcirco future vite stipendia no; operuz sperare se merito. sed misericordia domini proclamabāt. nihil sibi de tanta circūspeditione cordis aliorum compatiōe donātes. quippe qui hancipam non sugindustrie sed diuine gratie ascribebāt. nec blandientes sibi de inferiorum ac tepitorum negligentia. sed contemplatione potius illorum quos vere peccato carere. atq; in regno celorum iam eterna beatitudine perfrui nouerant. humilitate perpetua conquirebant. atq; ita consideratione hac 7 elationis ruinam pariter declinabant. 7 quo tenderēt vel quod dolerent semper inueniebant. intelligentes semetipos ad illam puritatem cordis quam cupiunt. obfistete carnis sarcina peruenire non posse.

**Non posse nos sine misericordia et inspiratione dei ad ipsuz laborem obtinende perfectionis accedere.**

**Cap. xvi.**

## Liber XII.

**F**itur scdm traditiones 7 institutiones eorū sic ad eaz festinare debem⁹ ieiunijs. vigilijs. orationibus. cōtritiōi cordis 7 corporis operam dantes. ne hec omnia morbo hoc instante euacuemus. Non solū nāq; ipaz perfectiones oportet credere nostra industria nos vel labore nostro possidere non posse. sed ne h̄ ipa q̄dez que illius exerceamus obtēn. id est labores conatusq; nostros ac studia. sine diuine protectionis auxilio. inspiratiōisq; ei⁹ 7 castigationis atq; exhortationis gratia posse perficere. quā scz cordibus nr̄is vel p̄ aliū solet v̄l p̄ semetip̄m nos visitās clemēt infundere.

**T**estimonia diuersa quibus euidenter ostenditur nihil posse nos quod ad salutem nostrā pertinet sine adiutorio dei perficere. **Cap. xvij.**

**P**ostremo instruat auctor salutē nostrē. quid nos oporteat in singulis quibusq; q̄ gerimus. nō modo sentire sed etiā confiteri. Nō possum ego inq̄t a me ip̄o facere quicq; poterit autem in me manens ip̄e facit opera. Ille ex persona hominis assumpti dic. nihil a semetip̄o posse se facere. 7 nos cinis 7 terra in his que ad nostram salutē pertinent arbitramur nos adiutorio domini non egere. **D**iscamus itaq; 7 nos per singula nostrā simul infirmitatē 7 illius adiutoria sentiētes quotidie p̄clamare cum sanctis. **I**mpulsus 7 factus sum vt caderem. 7 dñs suscepit me. **F**ortitudo mea et laudatio mea dñs. 7 fact⁹ est m̄ i salutem. **E**t nisi quia dominus adiunxit me paulominus habitauerat in inferno anima mea. **S**i dicebam motus est pes meus. misericordia tua dñe adiunxerat me. **S**cdm multitudinem dolorū meorū in corde meo. consolationes tuę letificauerunt aīam meā. **V**identes etiā cor nostrum in timore dñi 7 patientia roborari dicamus. **E**t factus est dñs firmamētū meū. 7 eduxit me in latitudine. **S**ciētiaz quoq; p̄fectu operum intelligentes nob

augeri. dicamus. **Q**m̄ tu illuminas lucernam meam dñe. 7 de⁹ meis illuminā tenebras meas. **Q**uoniā in te eripiar a temptatione. 7 in deo meo trāsgrediar murmurantes. **D**ein sentientes etiā nosmetip̄os fortitudinem tolerantie conquississe 7 i semita virtutum facilius ac sine labore dirigere dicamus. **D**eus qui p̄cingis me virtute 7 posuisti immaculatam viā meā. **Q**ui perficis pedes meos tanq̄ cerui. et sup̄ excelsa statuens me. **Q**ui doces manus meas ad plūm. **C**onsecuti etiā discretionem p̄ quam roborari possim⁹ aduersarios nostros elidere. proclamemus ad deū. **D**isciplina tua correxit me i finē 7 disciplina tua ip̄a me docebit. **D**ilatasti gressus meos subtus me. 7 nō sunt infirmata vestigia mea. **E**t quia taliter suz roboratus scientia tua atq; virtute. inferam confidenter ea que sequūtur. 7 dicā. **P**ersequar inimicos meos. 7 comprehendam illos. 7 non conuertar donec deficiant. **C**onteram illos nec poterunt stare. cadent subtus pedes meos. **R**ursum infirmitatis nostrę memores nec posse nos tam acerbos vitiōrū hostes fragili carne circūdatos sine illius adiutorio sup̄are dicamus. **I**n te inimicos nostros ventilabimus cornu. 7 in nomine tuo speremus insurgentes in nobis. **N**on enī in arcu meo sperabo. et gladius me⁹ nō saluabit me. **S**aluasti enī nos de affigentibus nos. 7 odientes nos confundisti. **S**z etiā precinxisti me virtute ad bellū. 7 supplāstisti oēs insurgētes in me subter me. **E**t inimicos meos dedisti mihi dorsum. 7 odientes me disperdidisti. **S**ed nec armis nr̄is posse nos vincere cogitātes. dicam⁹. **A**pphēnde arma 7 scutu. 7 exurge in adiutoriū m̄. **E**ffunde frameā. 7 p̄clut de adūl⁹ eos q̄ p̄sequunt me. **D**ic aīę mee sal⁹ tua ego sum. **E**t posuisti vt arcū creū brachia mea. 7 dedisti m̄ p̄tectiōz salutē tue. 7 dext̄a tua suscepit me. **Q**uā nec p̄ses nr̄i in gladio suo possederūt terram. 7 brachiū eorū nō saluauit eos. **S**z dext̄a tua et brachiū tuum 7 illuminatio vultus tui.

## De spu superbie

quonia complacuisse in eis. Postremo  
vniuersa beneficia eius cum gratiarum  
actione mente sollicita plustrantes. sup  
his omnibus quod vel pugnaui. vel  
illuminationem sciencie vel disciplinam  
discretionis ab eo consecuti sumus. vel  
quod suis nos armis instruxit. et virtus  
cingulo comuniuit. vel quod inimicorum  
nostro:u nobis pbuit dorsum. et tribuit  
xtute cominuendi eos vt puluerem an fa  
cies venti. intimo cordis affectu clamem  
ad eum. Diligam te domine virtus mea.  
dñs firmamentum meum et refugium meum  
et liberator meus. et meus adiutor meus et  
sperabo in eum. protector meus et cor  
nu salutis mee et susceptor meus. lau  
dans inuocabo dominum. et ab inimicis  
meis saluus ero.

**Q** non solum in naturali con  
ditione. sed etiam in quotidia  
na dispensatione dei gratia mu  
niamur.

### Cap. xvij.

**N**on solum pro his ei gratias re  
ferentes quod vel rationabiles  
nos condidit. vel liberi arbitrij  
potestate donauit. vel baptismi largitus  
est gratiam. vel scientiam legis adiutori  
um quod concessit. sed etiam pro his que erga  
nos quotidiana eius prudentia conferuntur.  
quod se ab aduersario:u nos insidijs  
liberat. quod cooperatur nobis vt carnis  
vitia superare possimus. quod a periculo nos  
etiam ignorantes protegit. quod a lapsu pec  
cati communit. quod adiuuat nos et illumi  
nat vt ipsum adiutorium nostrum quod non alio  
quam interpretari voluit quod legem intelli  
gere et agnoscere valeamus. quod pro negli  
gentijs delictisque nostris eius inspiratio  
ne latenter compungimur. quod dignatio  
neque visitati saluberrime castigamur.  
quod ab eo nonnunquam etiam inuiti trahimur  
ad salutem. postremo quod ipsum liberum  
arbitrium nostrum quod procliu fertur  
ad vitia ad meliorem dirigit frugem. et  
ad virtutum viam instigationis sue vi  
sitatione contorquet.

**Q** hec fides ab antiquis patri  
bus sit tradita de gratia dei

### Cap. xix.

**H**ec est proprie erga deum humili  
tas. hec est antiquissimorum pa  
trum sincera fides. que penes  
successores eorum intemerata nunc usque  
perdurat. Cui fidei virtutes apostolice  
que sepe numero per eos manifestate sunt.  
non solum apud nos sed etiam apud in  
fideles et incredulos. indubitatum testi  
monium reddunt. Qui simplicem pesca  
torum fidem in corde simplici retinentes.  
non eas silogismis dialecticis et tulliana  
facundia spiritu concepere mundano. sed  
experimento vite sincere. actuque puris  
simo. correctione quoque vitiorum. et (vt  
verius dixerim) in ipsa perfectionis inesse  
naturam oculatis indicijs deprehende  
runt. sine qua nec pietas in deum. nec pur  
gatio vitiorum. nec emendatio morum. nec  
xtatum consummatio poterit approbati

**D**e eo qui propter blasphemiam  
traditus est immundissimo spi  
ritui

### Cap. xx.

**N**ui quendam de fratrum nu  
mero quez vtina minime scisse.  
siquidem post hec ordinis mei  
gradu se passus est pregrauari. qui. pba  
tissimo cuidam senum vitio carnis semet  
ipsum grauisimo confessus est impugna  
ri. nam contra vsum nature desiderio  
patiendi magis quam inferendi ignominiam  
intolerabili estu libidinis vrebatur. tunc  
illum vt spiritalem verumque medicum. in  
teriori causam morbi huius et originem  
protinus peruidisse. Qui grauitate suspi  
rans. nequaquam ait tam nequam spiritui tra  
di te dominus promississet. nisi aliquid blas  
phemias in eum. Quo ille comperto.  
confestim procidit ad pedes eius in ter  
ram. summaque admiratione percussus.  
tanquam a deo cernens archana sui pecto  
ris patefacta. confessus est in dei se filium  
cogitatione impia blasphemasse. An prospe  
cium est eum qui superbie spiritum possidet. vel  
quod in deum blasphemus existit. tamquam quod irroget

## Libert XII.

illi iniuriam a quo puritatis speranda sunt dona. perfectionis integritate priua. ri. 7 sanctificationem castimonie non mereri.

**Exemplum ioas regis iude quo ostenditur quid propter superbiam meruerit**

Cap. xxi.

**L**egimus tale aliquid in paraliipomenon libro. Joas enim rex iuda septem annorum ab ioiada pontifice ascitus in regnum. atque in omnibus quo aduixit memoratus pontifex testimonio scripture laudatus est. De quo post obitum ioiade audi quid scriptura commemorat. 7 quemadmodum elatus superbia ignominiose fuerit traditus passioni. Postquam autem obiit ioiada. ingressi sunt principes iuda. 7 adorauerunt reges. Qui delinitus obsequiis eorum acquirunt. 7 dereliquerunt templum domini dei patrum suorum. seruieruntque lucis 7 sculptilibus. 7 facta est ira magna contra iudam 7 hierusalem propter hoc peccatum. Et post pauca. Cum euolutus esset annus ascendit contra eum exercitus syrie. uictus in iudam 7 hierusalem. 7 interfecit cunctos principes populi. atque uniuersam preda miserunt regi damascum. Et certe cum primus dicitur uenisset numerus syrorum. tradidit dominus in manibus eorum infinitam multitudinem. eo quod dereliquissent dominum deum patrum suorum. In ioas quoque ignominiosa exercere iudicia. 7 abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. Uides quod flagitiosis ac sordidis passionibus tradi mereatur superbia. Qui enim elatus arrogantia ut deum se passus est adorari. traditur secundum apostolum in passiones ignominie 7 in reprobum sensum. ut patiat ea que non conueniunt. Et quod dicente scriptura. immundus est apud deum omnis qui exaltat cor suum. iste qui tumida cordis elatione inflatus est. turpissime confusioni traditur deludendus. ut humiliatus taliter sentiret semetipsum esse uel immundicia carnis 7 conscientia impure passionis immundum. quod animi

sui noluerat elatione sentire. 7 ut carnis ignominiosa contagio patefaceret inuidiam cordis eius occultam quam superbia malo contraxerat. ac manifesta pollutione corporis sui. probaret impurus. qui per elationem spiritus factum se non sentiebat immundum.

**Omniem animam superbam subditi spiritualibus nequitibus illudendam.** Cap. xxii.

**Q**uibus manifeste probatur omnem animam que superbia fuerit tumore possessa. intellectualibus syris id est nequitibus spiritualibus tradi. eamque passionibus carnis inuolui. ut saltem uictibus humiliata terrenis. immunda se carnaliter pollutamque cognoscat. que tempore mentis erecta immundam se in conspectu dei per elationem cordis effectum intelligere ante non potuit. quo uel sic humiliatur quis a pristino tempore discedat. 7 ignominia carnalium passionum deiectus atque profusus. ad spirituale seruum deinceps semetipsum ardentius conferre festinet.

**Perfectio attingi nisi humilitas uirtute non possit.** Cap. xxiii.

**E**videntia itaque monstrat non posse queque perfectionis finem ac puritatis attingere nisi per humilitatem ueram. quam primitus fratribus reddens. deo que in penetrabilibus cordis exhibeat. credens sine protectione eius atque auxilio per singula sibi momenta delato perfectio quam cupit 7 ad quam magnope currit se penitus obtinere non posse.

**Duos spiritualis superbia pulset quosque carnalis.** Cap. xxiiii.

**H**ucusque de spirituali superbia que diximus perfectos quosque pulsari. quantum tenuitas ingenij nostri permittit donante deo dixisse sufficiat. Quod superbie genus non multis cognitum nec expertum est. que nec plures studet perfectam cordis apprehendere puritatem. ut ad hos pliorum gradus ualeant peruenire. nec precedentium uitiorum quorum in singulis libellaturarum pariter remediaque premisimus. percurat.

## De spu superbie

vlla purgatio. Sed illos solummodo pulsare solet. q̄ tenicis superioribz vitisiam p̄modum sunt in virtutuz culmine collocati. Quos q̄ lapsu carnali subtilissimus hostis supare non quinit. spiritali ruina deicere ac supplantare conatur p̄ hanc illos vniuersis veteruz st̄pendiorum meritis multo labore quesit̄ spoliare contendens. Ceterū nos qui ad huc terrenis sumus passionibz inuoluti nequa q̄ hoc modo temptare dignatur. sed crassiore et vitia dixerim carnali elatione supplantat. Et idcirco de hac quoq̄ qua maxime nos seu nostre mensurę homines ac p̄cipue iuniorū vel incipientium mentes piclitari solent. necessarius reor fm̄ p̄missionem nr̄am pauca de pro mere.

### Descriptio carnalis superbie vel que mala in monachi mete parturiat.

Cap. xxv.

**H**ec igitur quā diximus carnal̄ supbia. cum tepido ac male arrepto renunciationis p̄ncipio ī monachi resederit mente. de p̄stino ac seculari eum tumore ad veraz christi humilitatem descendere nō p̄mittens. p̄mū inobediētē eum reddit 7 a sperū. deinde mitem atq̄ affabilem esse non patitur. equalem q̄z fratribz fieri cōmunēq̄ non sinit nec fm̄ dei ac saluatoris nr̄i mādātum spoliari terrenis opibz nudariq̄z cōcedit. et euz renūciatio nihil aliud sit. nisi mortificationis et crucis indicium. nec valeat alijs inchoari vel consurgere fundamentū. q̄z vt se non solū actibz huius mundi spiritalit̄ nonerit interemptum. verum etiam corporalit̄ quotidie credat esse morturum. econtrario facit eum vitam sperare longuam. infirmitates proponit ei p̄lixas 7 multas. confusionē q̄z incutit ac pudorem. si nudus effect̄ alienis 7 nō p̄p̄is facultatibz cepit sustentari. persuadet etiaz multo esse meli⁹ vitium indumentumq̄ sibi sua potius q̄ aliena substantia ministrari. scđm illud

scilicet. quod quemadmodū dictum sit tali habitu die ac tepore cordis obtusi. ne intelligere quidem aliquādo potuerunt. Beatius est magis dare q̄ accipere.

### Male fundatus quis ad deteriorē statum quotidie prolabatur

Cap. xxvi.

**C**ontrahit diffidentia mentis obsessi. 7 a scintilla fidei qua visifuerant in primordijs sue confessionis accensi. dia bolica infidelitate reuocati. incipiūt pecunias quas an̄ disp̄gere ceperant diligentius custodire. 7 eas velut qui semel p̄fligatas vltierus reparare non possint. auaricia veltēmentiore cōseruant. seu qd̄ est deterius ea q̄ prius abiecerant resu mētes. vel certe qd̄ est tertium ac teterrimum nequitię genus que nec an̄ quidem possederant congregantes. nihil ampli⁹ egressi e seculo q̄z nomē acquisisse tantum mō ac vocabulū mōachi p̄p̄bāt. Sup̄ hec igit̄ initia male vitioseq̄ fundata necesse est vt vniūsa deinceps vitiozū structura consurgat. nec quicq̄ supponi pessimis valeat fūdamētis. nisi qd̄ miserabilez aiām ruina lugubriore p̄ternat. **Expositio vitiozū q̄p̄ morbū supbie generantur.**

Cap. xxvii.

**A**libi siquēdem mēs. **Cap. xxvii.** passionibus obdurata. atq̄ a detestabili tepore incipiens. necesse est vt ī deterius quotidie proficiat. 7 reliquaz q̄z vitam suam deformiore fine concludat. dum q̄z cupiditatibus p̄stinis oblectatur. ac fm̄ aplum sacrilega philargyria vincit. ita eodem p̄nūciāte de illa. 7 philargyria q̄ est simulacrozū fuitus. 7 iterū. radix enī inquit omniaz malozū est philargyria. nunq̄z possit in corde suo humilitatem christi simplicem veramq̄ suscipere. cum vel de nobilitate natalium gloriatur. vel inflatur de seculi quā corpore non mente deservit dignitate. vel pecunijs q̄s ad ruinā suā retētat extollit. p̄ que iaz nō mō asterij iugū sustinere contentus est. non seniori vlli⁹ institui disciplina. Quisq̄z enim super

## Liber XII.

bi morbo fuerit occupat. nō solū nullā subiectionis aut obedientie regulam custodire dignat. verum ne ipsam auribus quidem suis doctrinam pfectiōis admittit. tantumq; concrevit in corde eius spiritalis x̄bi fastidiū. vt cu; forte talis fuerit oborta collatio. vno ī loco stare nesciat eius obtutus. sed huc illucq; stupid⁹ circūferatur intuitus. alio; sum ⁊ in obliquum q̄ moris est oculi defigant. Pro suspirijs enim salutaribus sputa de sicco gutture contrahunt. excreationes etiam sine vlla interpellatione flegma; p̄nocant. digiti ludunt ⁊ in modū quidam scribentis volitant atq; depingūt. et ita huc atq; illuc vniuersa membra corporis commouent. vt dum spiritalis agitur collatio. totum se vel scatentibus x̄mibus vel acutissimis sudib; credit insidere. ⁊ quicquid simplex collatio ad edificationem p̄tulit audientū. ob suā suggillationem estimet esse prolatū. Totoq; tempore quo spiritalis vite examinatio ventilatur suis suspitionib; occupatus. nō quid exinde ad profectum suum capere debeat aucupatur. s; causas cur vnumquodq; sit dictū sollicita mente perquirat. vel quid eis possit obijcere tacita intra se cordis volutatioe cōiectat. vt nihil ex his que salutarie sunt digesta penitus apprehendere aut in aliquo valeat emendari. Et ita fit vt nō solum in nullo ei proficiat collatio spiritalis. verum etiāz damnosa magis existat. efficiaturq; causa maioris peccati. Dū enim p̄ conscientia sua totum contra se suspicatur esse platum. vehementiore cordis obstinatione duratur. ire q; simul acrius instigatur. Deinde post hęc excelsa vox. sermo rigidus. amara ⁊ turbulenta responsio. icellus erectus ac mobilis. lingua facilis. proca; loquela. nec vnq; taciturnitas q̄ amica. nisi cum contra fratrem rancorē quēdā in suo corde p̄ceperit. fitq; silentium eius non cōpunctiōis nec humilitatis vllius. sed supbie ⁊ indignationis indicium. ita vt quid in eo de

testabili⁹ sit haud facile discernat. vtrū diffusa illa petulantia leticia. an dira ⁊ virulentaq; serietas. In illa nanq; hmo non oportunitus risus lenis ac fatuus. et frenata ac idisciplinata cordis elatio. in ista vero ira plenum virulentūq; silentiū. ⁊ qd ob hoc tm̄ concipitur. vt aduersus fratrem rancor; taciturnitate seruatus p̄telari diutius possit. non vt ex eo virtus humilitatis ac patientie p̄beat. Et cū ipse timore possessus facile cunctis tristitias inferat. atq; ad satisfactionem lesi fratris semetipsum submittere dedignetur. etiam ab illo sibi met oblatā respuit atq; contemnit. Et non solū nulla fratris satisfactione compungit atq; mollietur. verum etiāz cur ab eo sit in humilitate p̄uentus grauius indignat. Fitq; ei salutaris humilitas ac satisfactio. que finē diabolicis intentionibus solet inferre. causa vehementioris incendij.

### De fratris cuiusdam superbia. Cap. xxvii.

**A**dini in hac dumtaxat regione. qd horret pudetq; reuolue. re. quēdam iuniorū cū a suo increparet abbate. cur humilitate quaz renuncians p̄modico temperetaret. cepisset excedere. ac diabolica inflari superbia. summa p̄tuma; respondisse. Quāquid ob hoc memetip; humiliari p̄tpe. vt sp̄ subditus sim. Ad qd eius tā effrenatum scelestumq; responsum. ita est senior; obstupescit. omisq; eius intercep̄tus est sermo. velut q̄ ab illo ip̄o antiq; lucifero x̄ba hęc. plata non ab hōie cepisset. vt nullā vocem adūsus tantā p̄niam de ore suo proflus emittere nisi gemitus de corde tantūmodo ac suspiria potuerit. illud solum tacitus intra semetipm̄ volūēs qd de dño n̄o saluatore d̄. qui cum in forma dei ess; humiliavit se fact⁹ obediens. nō vt ille ait diabolico sp̄i actumore possessus. p̄tempe. s; vsq; ad mortem. **Indicia quibus superbia carnalis aīme in esse cognoscatur. Cap. xxix.**

## De spu superbie

**U**t breuius ea que dicta sunt de hoc supbie genere perstrigamus. quedam signa eius in quantum possumus colligentes. ut his qui de perfectione sitiunt erudiri. quodammodo characteres eius de exterioris hominis motibus exprimamus. necessarium puto paucis eadem replicari. ut compediosius agnoscamus quibus ea discernere ac deprehendere valeamus. quodammodo indicijs. quo nudate atque in superficiem producte passionis huius radices et oculatim deprehensile atque prospecte. vel conuelli facilius valeant vel vitari. Tunc enim poterit pestifer morbo ad integrum declinari. cuius contra ipsius principio solus et impetus noxios non sera obseruancia cum iam dominant assumit. sed cum precedentes eius (ut ita dixerim) lineas agnoscetes pauca eum sagaciter discretionem precurramus. De exterioris namque sicut predictimus huius motu interioris status agnoscit. Disigit indicijs carnalis ista quae prefati sumus superbia declarat. In eis punitus in loquela eius clamor. in taciturnitate amaritudo. excessus et effusus in leticia risus. irrationabilis in serietate tristitia. in responsione rancor. facilitas in sermone. verba passim sine ulla cordis granitate et impentia. Expers patientie est. charitatis aliena. audax ad contumelias inrogandas. ad tolerandas pusillanimis. ad obediendum difficilis nisi in quo eam desiderium suorum voluntasque puenit. ad recipiendam exhortationem implacabilis. ad refecandas voluntates suas infirma. ad succubendum alienis durissima. spiritus suas diffinitoes statuere contendens. ipsa vero nequaquam cedere alterius acquiescens. et ita fit ut etiam incapax consilij salubris effecta. in omnibus suo potius quam seniorum credat iudicio.

**Deposctus quis per supbiaz alijs quoqz preesse desideret.**

**Cap. xxx.**

**Q**uibus descesunz gradibus is quez semel possidet. et uoluitus iam ipsam disciplinam cenobij p

horetat. ac veluti qui fratrum consortio de perfectione retrahatur. ac de bono patientie atque humilitatis aliorum vitio et impedimento reuocetur. habitacione solitarie vite desiderat. seu certe velut plures alios lucraturus construere monasterium. et quos docere atque instituire debeat congregare festinat. ex discipulo nequam detestabilior magister effectus. Nam cum huiusmodi elatione cordis in perniciosissimum teporem noxiumque corruperit. et nec verus monachus nec secularis effectus sit. quod est deterius etiam perfectionem sibi ex hoc ipso miserabili statu et conuersatione permittit.

**Quomodo superbiam vincere vel ad perfectionem peruenire possimus.**

**Cap. xxxi.**

**Q**uamobrem si edificij nostri fastigia perfecta volumus ac plenitudine deo consurgere. fundamenta eius non secundum nostre libidinis voluntates. sed secundum districtiorem euangelice disciplinam iacere festinemus. que alia esse non possunt quam timor dei atque humilitas que de mansuetudine et cordis simplicitate descendit. Humilitas uero nullatenus poterit absque nuditate conquiri. Quia peregrinante. nec obediencie bonum. nec patientie robur. nec mansuetudinis tranquillitas. nec summatio charitatis ullatenus potest apprehendi. sine quibus cor nostrum habitaculum spiritus sancti penitus esse non poterit. ita pronuntiate domino per prophetam. Super quez requiescit spiritus meus. nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea. Sine secundum exemplaria que hebraicam expriment ueritatem. ad quem respiciam nisi ad pauperulum et contritum spiritu et trementem uerba mea.

**Quomodo depopulatrix omnium virtutum superbia per ueram humilitatem possit extingui.**

**Cap. xxxii.**

118

118



## Liber XII. de spiritu superbie

**Q**uapropter athleta christi qui spiritalem agonez legitime certans a domino desiderat coronari. hanc quoque ferocissimam bestiam ut deuoratricem cunctarum virtutum omnimodis festinet extinguere. certus quod hac in suo pectore commorante. non solum omnigenis vitij carere non possit. verumetiam si quid virtutis habere videatur huius veneno deperat. Nullo enim modo poterit in anima nostra virtutum structura consurgere. nisi prius iacta fuerint vere humilitatis in nostro corde fundamenta. que firmissime collocata perfectionis et charitatis culmei valeant sustinere. ita scilicet ut quem admodum diximus primum fratribus nostris humilitatem veram intimo cordis exhibeamus affectu. in nullo scilicet acquiescentes eos contristare vel ledere. Quod nulla tenus poterimus implere. nisi abrenunciatio vera que in expoliatione omnium facultatum ac nuditate consistit in nobis fuerit christi amore fundata. deinde obedientie iugum et subiectio simplici corde ac sine vlla fuerit simulatione suscepta. ita ut preter abbatum mandatum nulla penitus voluntas viuat in nobis. Quod non aliter obseruari poterit. nisi quis non solum se mortuum huic mundo. verumetiam insipientem iudicauerit ac stultum. vniuersa que sibi fuerit a senioribus imperata sine vlla discussione perficiens. sacrosancta ea credens ac diuinitus promulgata.

### Remedia aduersus morbum superbie

**Cap. xxxiiij.**  
**I**n qua consistentibus qualitate proculdubio stat? ille humilitatis vere tranquillus atque immobilis subsequetur. ut nosmetipsos inferiores omnibus iudicantes. vniuersa que nobis fuerint irrogata. tametsi iniuriosa sint tamquam a superioribus nostris illata patientissime toleremus. Que quidem a nobis non so-

lum facillime tolerabuntur. verum etiam parua iudicabuntur ac nulla. si metuegiter recolamus vel domini nostri vel sanctorum omnium passiones. considerantes tanto leuioribus nos iniurijs atque temptari. quanto longius a meritis eorum et conuersatione distamus. pariter etiam cogitantes in breui nos de hoc seculo migraturos. eorumque nos celeri vite huius sine mox futuros esse consortes. Peremptoria namque est hec contemplatio non solum superbie. verumetiam generaliter omnium vitiorum. Deinde post hec hanc eandem humilitatem erga deum firmissime retentemus. Quod a nobis ita completur. ut nihil nosmetipsos absque illius opitulatione vel gratia quod ad virtutum summationem pertinet. posse perficere cognoscamus. sed et hoc ipsum quod intelligere meruimus eius esse muneris. in veritate credamus.

### Explicit de spiritu superbie liber duodecimus.